
TRACTATUS

DE

JURE

NUNDINARUM.





AMSTELODAMI,

Apud M. MAGÉRUM.

MDCCLXVI.

SERENISSIMO

AC

CELSISSIMO

PRINCIPI

WILHELMO V.

DEI. GRATIA. PRINCIPI. ARAUSIONENSIUM ET NASSAVIAE. COMITI. BURAE; BELGII. FOEDERATI. TERRA MARIQUE SUPREMO. DUCI. PRAEFECTO.

ETC. ETC. ETC.

Solent, qui ſtudiorum ſuorum tyrocinia in lucem emit-

 tunt,

tunt, patronum ſibi eligere, cujus ſub praeſidio vel tela adverſariorum effugiant, vel cujus ſub auſpiciis minus polita ſtudia in novum quaſi orbem, forum ſcilicet deducant. Tali & ego, ſi quis unquam, quam maxime indigeo, quem cum circumſpicerem TE, *PRINCEPS BELGICAE JUVENTUTIS invenio eminentiorem neminem, qui tractu tem-*

temporis juvenilem hunc foetum benignius fovere, ſtudiisque meis, ſi merear, liberalius favere poteſt. Verum enim vero alia praeter hanc me impellit ratio praegnantior, cur TUO, SERENISSIME PRINCEPS *praeſidio & tutelae hoc opusculum ſubjiciam & ſubmiſſe commendem: puta, partem ut ut exiguam & jejune forſan tractatam mercaturae Belgicae con-*

tinet, quam nemo cordatius curavit glorioſiſſimae memoria CELSISSIMO PATRE TUO, *cujus praematura fata lugent omnes boni, & patriae vere amantes cives, in primis autem res mercatoria, omnem ſpem, opem & auxilium in hoc prudentiſſimo inſtauratore & benigniſſimo tutore collocans. Illud deſiderium, illa ſpes in* TE, *Belgii deliciae,*

&

& unicum patriae praesidium: jam reviviscit; TE *magni patris sanctissima consilia in bonum publicum, cujus pars maxima mercatura est, feliciter aliquando executioni mandaturum, votorum summa est. Sine itaque,* SERENISSIME PRINCEPS, *ut has studiorum primitias devotissima mente* TIBI *consecrem, Teque ad magni* PATRIS *consilia*


exe-

exequenda excitem, exhorter. Faxit ſupremum Numen ut vincas fortitudine, prudentia, bonitate inluſtriſſimos Majores, utque TE *Moderatore,* TE *Rectore, patriae dulciſſimae ſuus conſtet honos, priſtinumque redeat a Majoribus* TUIS *fundatum decus & gloria.*

Ita Vovet

Devotiſſimus Tuus Cliens

P. G. DONKER, JCtus.



PRÆFATIO.

Inveteratus nec tamen illaudabilis pro doctorali gradu dissertationem edendi mos, quem mihi sequendum olim constitueram, ad hanc materiam speciminis Academici loco elaborandam, me induxit & ita quasi occasionem huic opusculo praebuit. Methodum in illa servaveram hanc, ut primum jura Romanorum, Antiquitates, Crisin, varias DD. sententias ex-

plicarem, meum judicium quale quale subjuncturus; dein juris patrii capita per partes secundum tractationem juris Romani adderem; verum experiundo didici, me vix, quod ad juris Rom. doctrinam spectabat, aliquid novi, vel quod dictum haud esset prius, proferre posse, quin & in magnam insuper molem excreverat jam opus, sic ut de exitu fere desperare inciperem. Consilium hinc plane mutavi et ne indicis seu collectoris vice fungerer, suum cuique potius relinquens, cogitare cœpi, de tractatu singulari elaborando circa jus Nundinarum patrium, confisus, in hoc forsan adhuc aliquid proferri

ri & dici posse, quod paucissimis antea in mentem venisset. Certe major mihi in elaboratione amœnitas obversabatur, majorem etiam legentibus utilitatem inde futuram sperabam. Quid vires meae valuerint, Eruditi acutius & certius dijudicare poterint. Saltem mihi una haec satisfactio erit, in novis aliquid tentasse vel voluisse; objici mihi tamen poterit, consultissimum & rerum ad patriam spectantium doctissimum Gerh. van Loon, singularem tractatiunculam, de Nundinis Belgicis, sub *tit. Beknopte verhandeling van de Week- en Jaarmarkten midsgaders van de Kermissen in Holland.* Leiden 1743.

in lucem jam edidisse, adeoque me frustra Iliades post Homerum composuisse, minimum pro novo tractatu nimis ambitiose hoc specimen meum venditasse. Verum longe alius fuit eruditissimo viro scopus, hic scil. de origine nundinarum, et ut vocantur *Kerk-missen*, scribendi: Paucissima certe de jure illarum patrio, vel forsan nihil praecipuum adtulit; nescio quae singularia ibi occurrant, demtis parergis, de Catholicorum inauguratione templorum, ecclesiastica disciplina, legibus, concursu Episcoporum, civica militia, *Schutteryen* plurimisque aliis: late enim ubivis splendet margo, nec sunt omnia no-

nova quae videntur talia imperitis. Vereor ne eruditi delicatiores retorqueant durissimum judicium, quod occasione haud oblata sed quæsita in Auctorem tractatus: *Over den oorsprong der Edelen en Welgeboore Mannen* conjecit. Elegantius forsan de nundinis scribere potuisset Sim. van Leeuwen, vir certe doctissimus, si hoc egisset, neque per omnem vitam solis patriae rebus inhaesit; pro temporis vero ratione inquisivit satis, dedit saltem in quibus fundarent sua posteri. Immo an circa origines rerum omnia ex Francorum placitis sint derivanda, nondum est satis probatum, probatuque difficillimum

mum erit. Diſſentit in principiis, alia erat rerum tunc temporis tractatio, nondum innotuerant Chronica omnia & plurima latebant diplomata. Francorum leges exiguam habere utilitatem in originibus inquirendis patriis, ſibi aliisque non ſine ratione perſuaſit, quia illuſtrant parum probant. Sed abſit ut ego alios longe me eruditiores contemnendo gloriam captarem, laudabo per quos profeci & quae me docuit celeberrimus van Loon in laudata tractatiuncula ingenue referam, modo Lectori perſuadeam, actum me non egiſſe. Materiam ita tractavi ut unice juri patrio inhaererem & pro ingenii mei
mo-

modo & modulo in originem, progressum & singula hujus juris capita inquirerem, id quod mihi probabilius videretur eligerem, meamque sententiam ubivis quantum fieri posset adjicerem. Verum ne jus Romanum plane negligere viderer, subjunxi nonnunquam in notis illius placita, ubi magnum inter illud & jus patrium aliquando divortium erat, vel insignis consonantia: ex diversitatibus enim melius elucescunt & probari possunt jura. Sic tandem me putem ubivis gessisse ut decet illos, qui specimen Academicum & virium pericula publico examini subjiciunt, lubenter aliorum meliores explicationes auditu-

rus; neque levia mea, si forte occurrerent insigniora, emendare decenter erubescam, modo modeste proferantur. Et haec si feliciter successerint mea conamina, majus otium nactus alia meditabor, ut foro cui me totum mancipabo, aliquando idoneum me reddam alumnum & sic, si fors velit, non indignum Reipublicae membrum me profitear. Tu vero, humane lector, vale, & quae meliora habes, amice mecum communica.

CON-

CONSPECTUS.

CAPUT I.

DE MERCATURA BELGARUM ANTIQUA.

Jul. Caesar explicatur. Ante Caesaris tempora videtur viguisse Mercatura. Belgica sub imperio Rom. Thielensium lites cum Hollandis circa mercaturam. Sub Comitibus stirpis Frisicae. Foedera antiqua mercaturae.

CAPUT II.

DE ORIG. ET PROGRESSU NUNDIN. BELG.

Abundantia variarum rerum in Belg. Kermissen *unde. Fiebant diebus festis. Rationes illius rei. Quod postea abrogatum. Origo Nundinarum ex consecratione Festorum, Martyrum.* Markt *unde descendit. Species Nundinarum & nomina. Privilegia Nundinarum a Comitibus descendunt,*

vel olim ab Imperatoribus. Et hodie Superioris est, Nundinas concedere. Privilegia Comitum enumerantur. Quid notet signum Crucis. Jura Nundinarum fuerunt Comitis, item & fora ejus fuerunt in potestate. Ratio privilegiorum. Pacta singularia civitatum circa Nundinas. An Magistratus civici propria auctoritate nundinas constituere & mutare valeant. Fora diversa & loca illis destinata. Mercatus & fora pecuaria, equorum, boum &c. Franequeranum porcorum mercatus celebris.

CAPUT III.

JURA SINGULARIA NUNDIN. BELGIC.

Pertinent ad jura Majestatis. An praescribi possint. Ritus in Nundinis aperiendis. Tabernas erigendi jus & loca. An recte in ecclesiis. Diebus festis Solisque non possunt frequentari. Tempus illarum in novis publicis indicandum. Quales personae sint admittendae. An festivitates, ludi &c. An Banniti & relegati. Celebrantur in civita-

ta-

tatibus. Cur & in pagis & ratio illarum. Lites vicinorum ob Nundinas celebrandas. Praeferentia civitatum prae pagis. Opificia olim in illis non licebat exercere. Philipp. de Leiden not. Novas civitates condere hanc ob causam fuit prohibitum. Effectus singulares Nundinarum circa jus Asyli. Quod abrogatum nec homicidis parcitur. Emta in nundinis non vindicantur, nisi restituto pretio. Limitatur sententia Grotii. Victualia in pagis cur emere non liceat. Nec frumenta. Dwangmerckten *quid. Immunitates mercatoribus concessae. Privilegium librae publicae. Praemia proposita. Mercatores ne vexentur a tribubus.*

CAPUT IV.

DE JURE NUNDINARUM PRIVILEGIATO.

Mercatores ob debita arresto non detinentur. Exceptiones referuntur. Nec ob civitatum debita valent arresta. Non extenditur hoc ad foro cedentes, Bannitos. Terminus solutionis

ad

ad Nundinas extensus. Aestimatio per relationem ad forum. Jus Civitatis ob Nundinas indultum. Aliae rationes adferuntur. Cives ejusmodi durantibus Nundinis ad honores admoti. An a vectigalibus sint immunes Mercatores. Merces in quantum sint immunes. Salvus conductus pro itu & reditu. Exempla adducuntur ex pacis tabb. Weekmarckten *quis constituat. Constitutio Sereniss. Principis Wilhelmi* IV. *explicatur. An Magistratus civici illas constituere possint. Inter Privilegia civitatibus fuerunt concessa. Jura & in illis singularia, ut jus protimiseos civibus competens. Nundinas mutare potest Superior & de loco in locum proferre.* Buurkermissen *unde descendant. Cur abrogatae fuerint.* Buurmaelen *quid. In poenam nonnunquam adimuntur Nundinae. In hebdomalibus & publicarum Nundinarum jura vigent e. g. jus protimiseos &c. Conclusio operis.*

TRACTATUS, DE JURE NUNDINARUM

CAPUT I.

DE MERCATURA BELGARUM ANTIQUA.

§ I.

Antiquissimis jam temporibus mercaturam Belgis cordi fuisse, sat multa documenta quibus hoc probare possemus, extant. Sufficiat, illorum fœdera commerciorum tantum inspiciamus, licet sint, qui contrarium putant loco Jul-

Cae-

Caesaris innixi *lib.* II. *de bell. Gall. cap.* 15, *Nullum aditum esse*, inquit ille, *ad eos mercatoribus: nihil parti vini reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium, inferi &c.* Sed pace illorum dictum sit, non omnem videntur adirum negasse mercatoribus omnibus indistincte, sed tantum illis, qui res ad luxuriam pertinentes inferebant.

§ II.

Confirmat meam sententiam ipse Caesar *lib.* I. *eod. cap.* I. *Minimeque*, inquit, *ad eos mercatores saepe commeant atque ea quae ad effeminandos animos pertinent, important &c.* ex quo loco patet, mercatores nonnunquam licet non saepe Belgas adiisse. Immo idem *lib.* IV. *cap.* 2. parcius quidem sua aetate Belgium frequentasse mercatores narrat; attamen mercaturam plane ignotam vel odiosam illis ipsis fuisse memorat nusquam, nimium praedae bellicae causa exercuisse mer-

ca-

catum testatur in verbis: *Mercatoribus est ad eos aditus, magis eo ut quae bello ceperint quibus vendant habeant, quam quo ullam rem ad se importari desiderent.* Putem ego nullam omnino gentem exstare ubi non quodammodo viguerit Mercatura: societate enim civili formata sine commerciis civitatem haud diu stare posse affirmare audeo; idemque etiam de Belgis nostris, licet peregrinos mercatores & res inutiles parum sibi necessarias non admiserint, dicendum erit.

§ III.

Dudum ergo jam ante Caesaris tempora mercaturam illos exercuisse existimo, sed intra patriam clausam, plerisque extraneis mercatoribus remotis, quos tamen postea sensim ex commerciis Romanorum & vicinorum magnum commodum sentientes, magis magisque invitarunt. Immo & sequentibus seculis aliter edoctos fuisse ex eo patet, quod sub

ſub Caligula celebrem jam in Belgio mercatum floruiſſe teſtetur Sueton. *in Caligula cap.* 39. & Dio Caſſius *lib.* LIX. *p.* 654. quod ille ſororum ſuarum ornamenta immenſo pretio quin majore quidem quam Romae venibant, vendiderit; Memorat et Tacitus mercatores Romanos in Belgio degentes, *lib.* IX. *Hiſtor. cap.* 15. Cui junge antiquam inſcriptionem in Zelandia repertam & Deae Nehalenniae conſecratam: *Deae Nehalenniae ob merces recte conſervatas M. Secundus Negotiator Cretarius Britannicianus V. S. L. M.* vide M. Gargon *Walcherſche Arcadia P.* II. *pag.* 145.

§ IV.

Comprobant adſerta mea famoſa illa thelonia antiqua mercibus impoſita, de quibus quam ingentes turbae enatae fuerint, hiſtoria ſeculi XI. docebit. Thielenſes jam frequentem cum Anglis mercatum exercentes inſti-

ga-

garunt Imperatorem Henricum II. ut bellum contra Theodoricum III. Com. Holl. moveret, propter thelonium Dordraci erectum. Refert Alpertus *lib.* 11. *de diverſ. tempor. cap.* 20. Thielenſes de vicini hujus comitis novitate apud Imperatorem conqueſtos fuiſſe, cauſantes, ſe non poſſe amplius cum Anglis negotiari, qui propter illud thelonium inſulam nolebant in poſterum frequentare. En ipſa Alperti verba: *Unde mercatores Thielenſes qui etiam ſpecialiter prae ceteris facile ad quascunque querimonias excitandas accenduntur, crebro Regem interpellabant, ut pro ſuâ gratia eos ab his injuriis defendat, ſi id non faciat, neque ſe cauſa negotiandi in inſulam venire, neque ad ſe Britannos commeare poſſe: & ideo vectigalia ſibi plenius provenire non poſſe dicebant.* Et idem Alpertus *d. l. cap* 21. iterum: *Imperator vias Imperatorum patefieri volens.* Et haec ampliſſima vicinorum commercia ipſum Dordracenſe thelonium ſatis ſuperque demonſtrat; illud

Comes Theodoricus, ſpe lucri ingentis procul dubio excitatus, erexit, in ſpem futurae Nundinationis, praevidens fore, ut ſic Dordraci ſedes mercaturae ſtabiliretur. Certe niſi operae pretium fuiſſet, Thielenſes ejusmodi turbas & querelas non moviſſent: probe enim intelligebant, mercaturam per illud magnum damnum accepturam & ad vicinos Batavos ſenſim migraturam.

§. V.

Foedera antiqua ſi modo inſpiciamus, deprehendimus ſtatim, quanta cura ſibi proſpexerint ſucceſſu temporis circa commercia Belgae. Exemplo ſit illud Wilhelmi Comitis Holl. cum Theodorico Epiſcopo Trajectino apud Hedam in *Hiſtor. Ultraject. pag.* 188. in quo expreſſe inter alia pacta mercaturae cautum fuiſſe invenimus, ut liberrime mercatores negotiari poſſent, in verbis: *Item promiſi & juravi quod nunquam prohibebo mercatores quoscunque deferre ſalem, vel quaſlibet alias*

alias merces ad terram Episcopi, similiter nec Episcopus prohibebit aliquos mercatores ire ad terram meam de comitatu Frisiae in Oostergo & Westergo &c. Quapropter non immerito Belgas antiquos jam mercaturae amantes fuisse, quippe qui mature salutem publicam in illa fundari didicerant, adserere audeo; loca vero Jul. Caesaris paulo ante adlegata tantum ad merces illicitas, quas hodie dicere solemus *contrabanden*, esse referenda, concludo. Interim Hollandiae Comitum potentia paulatim crescente & fundatis civitatibus, incrementa commerciis Belgicis sensim accessisse, cuivis historias patrias volventi innotescet. Florentius III. medio seculo XII. Anno nempe Christi 1165. potentia sua navali Philippo Comiti Flandriae jam terribilis ac infestus fuit, tanta superbia elatus, ut *Deum marinum* se jactaret, vide Chron. Flandr. nuper Brugae in fol. excusum *tom.* 1. *pag.* 203. De novissimis vero temporibus testimonia congerere, operam est

& oleum perdere. Unum audiamus Savedrae in *Symbol. polit.* 68. ubi: *Solis*, inquit, *marinis opibus validissima Batavia alit exercitus & populosissimas tuetur Civitates tam sibi inter se vicinas ut iis sustentandis fertilissimi etiam agri non sufficerent.* Nec multis ergo exemplis nec longa probatione mihi hic opus erit; excussit etiam hanc ad materiam spectantia alia plura Clariss. Trotz, Doctor meus in paucis mihi colendus, *in Comment. ad Privileg. Mariae magnum*, quae si quis curiosus cupiat, inspiciat modo *pag.* 153. *ad* 162 ubi alia sine dubio inveniet, quibus sitim explere poterit.

CAPUT II.

DE ORIG. ET PROGRESSU NUNDINARUM BELGICARUM.

§. I.

Non immerito hinc concludendum erit, abundantiam & penuriam quarundam rerum & nostrates ad Nundinas constituendas manu

manu quasi duxisse: uti enim Frisii equis abundabant, teste Tacito *Lib.* IV. *Annal. cap.* 71. & West Frisii aliis pecudibus, Anton. Mathaeo auctore *Rer. Amersfort pag.* 44. Sic singulae Provinciae quaedam singularia a natura producta habebant, quae cum vicinis communicare poterant; sufficiant nobis sola marina, quibus abundanter jam olim gaudebant Belgae. De salis commercio Frisiis Trajecti concesso ex Heda in pactis adlatis paulo ante vidimus. Immo & antiquissimis temporibus panni Frisici jam celebrantur, ab externis coemti & tanti aestimati, ut initio seculi IX. Imperatorem Carolum non puderet, pro donis Frisicos diversi coloris pannos tunc temporis tanquam optimos totius Europae, Principibus vicinis per legatos offerre, ceu patebit ex G. van Loon *Aloude Holl. Hist.* II *deel pag.* 21. & 22. ubi: *Aan deselve tot een tegengeschenk eenige Spaanse Paarden en Muilezels, midsgaders een grote menigte so witte, gryze, purpere als safier-*

 kleu-

kleurige Vriesche lakens mids het in Vriesland was, dat sodanige lakens het best van geheel Europa in die tyd gemaakt wierden, voor hunnen koning mede te geven. Frisiam tunc temporis seculo IX late patuisse, in transitu hic monendum erit, ne quis in hodierna Frisia tantum ejusmodi pannos fuisse confectos credat: totam enim Hollandiam continebat olim Frisiae regnum, & omnis regio extra insulam Dordracenam ipsaque civitas Trajectum *Frisia* usque ad mortem iniqui invasoris Roberti, ducis Lotharingici appellabatur, Buchelius ad *Hedam* in *Wilhelmo Episcopo pag.* 134. Nomenque Hollandiae demum aetate Dideri V. Comitis Hollandiae innotuit, vide Buchelium in *notis ad dict. locum.*

§. II.

Vocem *Kermissen* derivant alii a processione seu *Ommegang* Catholicorum, quoniam post

post illam Nundinæ instituebantur, & hinc promiscue *Kerkmis* seu *Ommegang* appellari solent nundinae, vide Nidecks *Kabinet van Nederl. en Kleesse Oudhed. pag.* 196. ubi in fine: *de Processie*, inquit, *van't beroemde beeld van Maria de Delfse Kerkmis, doorgaans de Delfse Ommegang genoemt, haren oorsprong genomen heeft, dewelke* St. Odulphus Merkt *wierd genoemd en 's daags na dien feest begon.* Alii etiam a missis seu legatis, vel delegatis judicibus Caroli magni, Ludovici Pii & seqq. Imperatorum derivant, quoniam certis quibusdam anni temporibus illi judices ad iustitiam exercendam omniaque quae in Provinciis acta erant examinanda mittebantur; immo magna pompa & hominum frequentia ubivis recipiebantur. Horum itaque adventus & praesentia nundinis exercendis & frequentandis quasi occasionem praebuisse videtur. De his missis Domini, ut dicebantur, vide du Fresne in *Glossario mediae Latinit. pag.* 585-86. Per me licet: sufficit enim quod

inſtituerentur plerumque poſt feſta, uti patet ex adlegatis verbis: *en's daags na dien feeſt begon*, vel quod ejusmodi proceſſio etiam in Nundinis fieri ſoleret, ut probat H. van Rhein *Rhynl. Oudh. en Geſtigt pag.* 182. *Op deſe Kermis de oudſte en plegtigſte van de ganſche Stad wierd van ouds een plegtige en algemene ommegang gehouden. Ommegangen* dicebantur proceſſiones quae in honorem Martyrum quotannis diebus feſtis celebrabantur, & ſic in Nundinis antiquis Belgarum ſemper proceſſiones inſtituebantur, ob eccleſiarum fundationes & conſecrationes, de quibus mox, vide Conſult. Petr. van der Schelling *Nederl. Displegtigh. vol.* 1. *c.* 31. §. 7. *ibique pag.* 422. de urbe Leida. Facile hinc deprehendimus, alius indolis fuiſſe Romanorum *nundinas*, ut vocabant. *

§. III.

* Columella *Lib.* 1. *de Re ruſt. in praefat:*, *Nundinarum*, inquit, *conventus manifeſtum eſt propterea uſurpatos, ut nonis tantummodo diebus urbanae res agerentur, reli-*

§. III.

Posterioribus tamen temporibus prohibitum fuisse invenimus, diebus festis nundinas agere, apud van Rhein. *Oudh. en Gest. van Vriesland tom. 1. pag. 344. & 45.* ubi: *De Feestdagen en Vierdagen willen wy volgens 't oude gebruik der Kerke onderhouden hebben dat se sig van de Koopmanschappen en alle Koophandel moeten onthouden, de winkels sluiten* &c. quae prohibitio tamen procul dubio tantum durante devotionis exercitio intelligenda videtur. Et sic ubivis hodie ob-

reliquis vero administrarentur rusticae, quia illis temporibus proceres civitatis in agris morabantur; & cum consilium desideraretur, aliudve quid publicum constituendum esset, ex villis & secessibus plerumque in senatum arcessebantur. Quare Festus voce *Nundinae* tradit, illas feriatum diem antiqui esse voluerunt, quo mercandi causa urbem rustici convenirent. Erat & Nundina Romanorum Dea, a nono nascentium die lustrico nuncupata, Macrob. *lib. 1. Saturnal. c. 16.* quacum tamen nobis hic nihil negotii erit Vocantur porro *mercatus* uti in *L. unic. Cod. de Nundin.*

obfervari folet, ut poft facra peracta, fi inciderint in diem Solis feftumve, nundinae frequentari debeant. Aequius tamen erit ut rejiciantur in proximum diem, ne fpes lucri & publicae laetitiae, quae tempore nundinarum celebrari folet, homines nimium abftrahat a cultu divino. Improbarunt et olim patres ecclefiae jam nundinationes diebus feftis peractas, apud P. van der Schelling. *d. l. c.* 32. *pag.* 444.

§. IV.

Verum enim vero quod ad originem Nundinarum adtinet, jure merito antiquiffimam illam dicere poffumus: Van Rhein enim in examine illarum, ortum jam traxiffe praefumit ex confecratione templorum, quorum fefta anniverfaria agebantur in memoriam fine dubio ipfius confecrationis. Et haec fefta iterum originem traxerunt ex celebratione anniverfaria diei cujusdam Martyrum,

rum, olim magno hominum concursu frequentatae, hinc pergit idem in *'t Utrechts Bisdom tom.* II. *pag.* 493. *Ja daar sou misschien weinig onderscheit tusschen die jaarlykse viering en de huiden daag se kermis of 't jaargetyde der Kerkwyding aangewesen kunnen worden.* Quid? solebant & tempore Nundinarum ecclesiae & coenobia consecrari, quod multis cum ceremoniis & magna hominum frequentia fiebat. Tres rationes, circa quas versatur omnis tractatio eruditissimi van Loon in d. tractatiuncula: *van de Kermissen*, cur in festis Nundinae fuerunt introductae, hic quam brevissime explicari mereatur.

§. V.

In consecratione ecclesiarum apud majores Christianos magna erat confluentia I. Episcoporum, ob consecrationem, & post illam semel factam, ob annuam celebrationem et

& processionem illius Sancti, qui ecclesiae patronus erat electus, cujus cineres si fieri poterat in ejusmodi ecclesia venerabantur. Sic breviter ego rem conciperem. II. Dabantur in illius Sancti memoriam remissiones a peccatis, vulgo *Aflaeten*, hominibus quibusdam impiis, vel ob peccata ecclesiastico banno ligatis, & ad poenas emendatorias a Sacerdotibus damnatis, de quibus vide van Loon *d. l. pag.* 43. ibique ex Martene *Thesauro Anecdot. tom.* 1. *p.* 1271. pauca haec: *Omnibus vere poenitentibus & confessis qui ad dictam ecclesiam causa devotionis accesserint --- in dedicatione ecclesiae & per Octavas*, id est, Octo dies, *praedictarum festivitatum karentenam unam de injunctis poenitentiis misericorditer relaxamus.* III. Ratio erat confluxus hominum ad festa illa, laetitia publica, & convivia praecipue, ut ex Sidonio *lib.* IV. *epist.* 15. & proverbio apud Gallos *faire la ducace*, id est, interprete Du Cange *in Glossario, voce Dedicatio, genio & ebrietati indulgere*, probat P.

van

van der Schelling. *d. l. c.* 32. §. 6. *& c.* 31. ubi ex Caesario Heysterbachio *lib.* XII. *c.* 41. elegantem hunc locum adtulit: *Miles quidam erat nomine Rundigerus sic toties deditus vino, ut diversarum villarum dedicationes tantum propter bona vina frequentaret.* Neque sic inconcinne Nundinarum constitutio ex annua illa consecratione deduci posset, quod etiam his verbis testatur van Rhein. *ibid. pag.* 495. *Want*, dicens, *in 't kort, 't vieren van sodanige heilige dagen 't welk doorgaans eenige dagen duurde, en onse Kermissen komen meest in alles overeen.* *

§. VI.

* Ejusmodi epulas in dedicatione templorum gentilium jam frequentatas fuisse testis est Plinius *lib.* IV. *epist.* 1. *Templum pecunia mea exstruxi cujus dedicationem cum sit paratum, differrre longius irreligiosum est. Erimus ergo ibi dedicationis die, quem epulo celebrare constitui.* Epulae vero Nundinales occurrunt in Antiquitat Roman. & jure nostro *in L.* 69. *Dig. pro Socio.* ubi nundinales epulas alii pro illis conviviis accipiunt, quae Tarquinius superbus Latinis destinavit ad mercatum venientibus, Rosin. *lib.* II. *Antiquit.*

§. VI.

At restat vox *Markt*, quae hoc loco inprimis venit explicanda. Illam sine dubio descendere putamus ab antiquo vocabulo *Mark*, *Landtpaal*, *Rechtsban*, unde ad vexilla & insignia etiam fuit translatum vocabulum, uti *een Standaart*, *Banier* apud L. Meyers *Woordenschat* III. *deel pag*. 87. Singula enim territoria utebantur suis vexillis, insignibus, & sic pro toto districtu saepi-

quit. c. 5. alii aliter. Cujacio *lib.* IV. *Obs. c.* 17. displicet, Nundinas pro epulis accipi, porro quid sit *a negotio dimittere*, non intelligere se fatetur, ideoque mavult stare pro lectione: *Cum societas &c.* „ „ ut unus reliquis nundinarias epulas praestaret „ eosque ad negotium dimitteret. Fornerius *lib.* III. quotidian. c. 28. *pro epulas*, *empolas* legi vult. Lynkerus in singulari *Dissertat. ad d. Leg.* post multas rationes pro & contra adlatas tandem statuit, non potuisse Ulpianum per Nundinas diversum quid ab epulis intelligere; quod & mihi verosimillimum videtur. Adde his etiam Toullieu in *dissertat.* I *ad d. Leg.* & Heraldum *lib.* I *Animadvers. cap.* 9.

pius vox accepta fuit, hinc passim occurrit in Legibus antiquis, uti in 't *Landregt van Drenth. Van buuren in de Markte gelegen lib.* II. *art.* 70. & *lib.* III. *art.* 102. *van 't Scheiden van de gemene markte & art.* 109. *'t gebruik van hare markte.* Et passim in legibus quoque Transisalanis. Tandem ad locum primarium in medio civitatum plerumque situm, destinatum justitiae unde & conventus populi in illis, signa superioritatis, uti in nonnullis locis *Schavoth*, seu *Kaak*, aliique publici actus peraguntur; inprimis vero ad Nundinationes vox illa *Markt* fuit adplicata. Immo in compositis eadem sumitur pro *een by eenkomst, menigte*, teste Meyero *d. l.* Unde *beusel-markt, loop-markt, eengrote zamenkomst* &c. Hinc vocem *Jaarmarkt* vel ab illis annuis comitiis in Curia, vel consecratione ecclesiae, quoniam plerumque in loco illo medio civitatum vel Curiam vel ecclesiam exstructam videmus, per frequentem ad illas hominum concursum Nundinas anniversarias ortum

tra-

traxiſſe praeſumi poteſt. Sic *Mark* pro menſura ac metiendi norma accipitur, inde apud Schilterium *in Gloſſario c.* 573. liber mercatus, *een vrye Mark*, & *marken*, mercari dicitur.

§. VII.

Non opus ergo erit ut cum Loonio *d. l. p.* 8. aliisque a Latino *Mercatum*, abjectis litteris *a* & *um* vocem repetamus, quaſi vero res plane fuiſſet ignota ante Romanorum adventum: nam & in locis apertis, campis vel pagis ſuos habuerunt majores noſtri mercatus. Inſigne ejusmodi antiquitatis veſtigium inveni in parte illa Friſiae, quae vulgo Gaeſterland dicitur, non procul a Stauria, ubi in medio campo & ſolitudine quaſi, procul remotis pagis vel tuguriis ſemel per annum celebris frequentatur mercatus, tentoriis erectis. Inter haec unum Praefecti ſeu Grietmanni eminet, quod nemo niſi qui bona immobilia, ſeu fundos in Gaeſter-landia poſſi-

ſidet, ut ferunt, intrare poteſt; hi vero libere & ſine venia illud adire, Praefectum ſalutare, & laetitiae ſeu bibentibus in circulo vinum aduſtum patrium, vulgo *Genever*, ſeu ut ruſtici Friſii *Bolle ſchiet*, ſe ad hauſtum circumferendum immiſcere poſſunt. Verum eſt, Imperatorem Hadrianum circa pagum Voorburg ſplendidum forum, ad mercatum Belgarum promovendum exſtruxiſſe, vide Buchelium *in notis ad Chronic. Joan. de Beka pag.* 19. Inde vero non ſequitur, a Mercatu deſcendere illud *Markt*, vel ante ejus tempora mercatum & nundinas haud fuiſſe exercitas. Contra verius videtur, mercaturam & fora dudum ante illum fuiſſe ſtabilita. Nec facit huc quod media latinitate *mercata* publica dictae fuerint nundinae, quod ex Lexicographis ſatis patet: Nam & Imperator Juſtinianus d. voce jam utitur in *Leg. unic. Cod. de Nundinis*; quae inde conſequentia ad linguam Belgicam?

§. VI.

Ceterum variae Nundinarum sunt species. Mentio fit apud van Rhein *in de Gestigt. van Delfland. pag.* 365. *van een Hofkermis; In een Memorie van den Drost van den Hove nopende 't houden van de Haagsche Kermisse, word in 't selve boekje de* Hofkermis *genoembd.* Dicuntur alias & *Jaarmerkten*, ad distinguendum hebdomarios & quotidianos mercatus ab illis anniversariis, Tales autem tres illorum mercatuum species Amstelaedami invenimus, quas enumerat Commelyn in *descriptione illius civitatis* hic de materia latius agens *pag.* 683. Posteriori tempore hinc enata sunt tot diversa Nundinarum nomina, pro varietate commerciorum, quia nec una dies nec unum forum tot mercimonia capere posset, e. g. *Koorn, boter, kaas, vis, blom, groenmarkt, paardemarkt, ossemarkt,* Verken, hoender, ganse merkten, & quae alia plura, de quibus infra dicendi locus erit.

§. VII.

§. VII.

Ita ad originem & jura hodiernarum nundinarum ſenſim nos ducit ordo. Si recte judico, jus Nundinarum Belgicarum antiquum ex jure conſuetudinario repetendum erit. Fatentur enim hactenus ſcriptores omnes, deſcendere illud ex conſecratione Sanctorum, templorum & memoria Martyrum celebranda. Nihil ergo hic fecerunt antiquitus Imperatores, Reges vel Comites; verum Clerus illis dedit occaſionem & populus ſequutus fuit ſuperſtitionem, mercatores lucri cupiditate incitati dies illos feſtos obſervarunt, mercesque ſuas in illis locis ſponte venum expoſuere. Sic uſu longo & conſuetudine nundinae publicae potius introductae fuerunt, quam expreſſo jure. Succeſſu vero temporis animadverterunt reipublicae rectores, eximium lucrum inde ad cives redundare, hinc ut facere ſolebant, jus quoddam ſenſim foro & nundinis praeſcripſerunt, inque novis quas condiderunt ci-

vitatibus hanc praerogativam fibi foli refervarunt vel vindicarunt. Profecto fi publicas nundinas plerorumque locorum inprimis antiquas refpiciamus, Sancti alicujus nomine pleraeque fuperbiunt, vel in diem apud Catholicos feftum incidunt, teftibus Calendariis noftris, in quibus exprimi folent nundinae. Certum itaque indicium eft, non ex privilegio feu certo jure, fed ex antiquitate & confuetudinibus plerasque effe repetendas. Noviores ergo juris funt, quae certis Principum privilegiis poftea fuerunt confirmatae, vel antiquae de novo, mutatis quibusdam mutandis, majoris quafi fecuritatis caufa per Principum privilegia fuerunt munitae. Sic Comites civitatibus privilegia nundinarum lucri & commercii provocandi caufa conceffiffe, palam fit ex privilegio nundinas celebrandi olim a Carolo IV. civitati Ylft in Frifia indulto: tradit enim van Rhein. *in de Geftigt. van Vriefland tom.* II. *pag.* 69. *Dat Ylft althans van Oudsgeen ge-*

geringe naam en magt heeft gehad, blykt uit 't voortreffelyk regt 't welk de Paltzgraaf Johan in 't jaar 1379 *uit naam van Karel de* IV *aan de Ingesetenen gegeeven heeft, van een wekelykse markt en een jaarmarkt te mogen houden, welke Jaarmarkt na 't feest van St. Mauritius, den patroon der Kerke, 2 dagen agter malkander gehouden wierd;* Immo refert Winsemius: *Dat die van Tijst een wekelykse en 2 Jaarmarkten van Karel de* IV. *verkregen hebben.* Attamen, haec an omnia sint vera, valde dubito; mecum facit *ibid.* Emmius, qui hac de historia non magnifice sentire videtur, nam mentionem illius faciens, dicit: *Sy mogen 't geloven die 't geloven willen, de schryver die 't verteld staat my niet aan.*

§. VIII.

Nemo tamen nec olim nec hodie dubitavit, nostris etiam in oris semper Superioris fuisse jus nundinarum indulgere, quoniam illarum privilegia talis commatis ac momenti

ſunt, ut non niſi a Superiore, vel jus majeſtatis habente concedi poſſint, quia inſcio illo ejusmodi hominum concurſus tuto quidem concedi nequit, & nundinae privilegiis uti frui haud poſſent, e. g. feriis, juſtitio, jure de non arrestando tutela publica, ſalvo conductu aliisve praerogativis; Adnotavit hoc jam Huber particulas majeſtatis enumerans *Hedend. Regtsgel. lib.* IV. *cap.* 9. §. 11. *Dat 't vergunnen*, inquit, *van Jaarmarkten hier ook word toegebragt, ſo om dat de grote ſamenloop van Menſchen niet veiliglyk kan geſchieden ſonder kenniſſe der hoge machten, als om dat die merkten 't regt hebben van handſluiting of ſlutting van executien, citatien, arreſten en diergelyke regtsmiddelen, die van geen officieren kunnen werden toegeſtaan, om dat die alleenlyk dienaars en geen meeſters van de publyke regtsorde ſyn.*

§. IX.

Has ob cauſas ſibi paulatim vindicaſſe facul-

cultatem nundinas constituendi quilibet attentus lector facile deprehendit. Neque mihi persuadebit Erudit. van Loon *d. l. pag.* 5. originaria & prima privilegia nostratium descendere ab Imperatoribus Romanis, vel a Senatu Rom. Splendida haec sunt dicta, re vera nihil probant. Fuisse sub Romanorum jugo nostrates, concedo; at ipse Loon aliique omnes negant, tempore Caesaris commercia fuisse nostris in oris frequentata. Dein omnem nundinarum originem repetunt a consecrationibus ecclesiarum, festisque anniversariis Martyrum. Quomodo haec cohaerent? Verosimile vix est: nam si ejusmodi privilegium unquam a Romanis fuisset concessum nostratibus, inter mores saltem & consuetudines, quarum tenacissimi semper fuerunt, aliquod vestigium juris pristini occurreret. Bellicosa gens nostra non opus habebat illa aetate hisce privilegiis; quin libertatis amantissimos majores suis moribus inhaesisse credibile est, nec unquam ejusmo-

di privilegia, quae re ipsa instrumenta erant servitutis, a Romanis Imp. petiisse. Quid? miror haud cogitasse Loonium, socios & fratres seu confoederatos Romanorum fuisse; hi vero suo jure non alienis privilegiis utuntur. Quae postea, societatem in servitutem redigere tentantes, conati fuerunt Romani, secundum orationem Civilis apud Tacit. *lib.* IV. *histor. c.* 14. 17. facti sunt iniqui, non juris, adeoque ejusmodi privilegia, si adessent, Romanorum tyrannidem saperent. Interim vellem ejusmodi privilegium de Nundinis, vel Imperatoris vel Senatus Romani in publicum produceret. Sed reponamus haec inter ea, quibus objici solet: id quod est probandum.

§. X.

Quae de foro Hadriani supra diximus, nihil nobis obstant, si modo dicta repetere lubeat. Verum de Regibus Francorum major erit dubitatio; breviter, hoc unum mihi

hi ſufficere videtur, quod nullum privilegium circa nundinas noſtratibus datum exſtet. Imperatores Germanos in illis provinciis quae ſibi nexu clientelari adhaerebant, ejusmodi privilegia dediſſe fateor; neutiquam vero Hollandis, qui tali nexu Germanis non fuerunt adſtricti. Comites noſtri ſibi ſoli hoc jus reſervarunt, nec immerito; hinc & ejusmodi privilegia jam mature civitatibus indulſiſſe conſtat, licet in aliis, quae ſub Francorum vel Germanorum eſſent imperio, provinciis, ſolius fuerit Imperatoris, jus nundinarum indulgere, vid. Miraeum *tom.* 1. *diplom. Belg. pag.* 241. & elegans exemplum de nundinis Trevirenſibus, quae civitas antiquitus caput erat Belgiae primae, apud Baluzium *tom.* 1. *Miſcell. pag.* 116. exſtat, ubi refertur, Balduinum a fratre Henrico Rege nundinas, nundinarumque libertates ut Frankenfordienſes habent, civitati Trevericae ſub ſigillo regio impetraſſe. Notemus porro hic ritum curioſum, quod Imperator chirothe-

cam ejusmodi civitati, cui jus nundinarum concesserat, mittere debuerit, quae in signum privilegii concessi, cruci in foro publico erectae, tempore nundinationis adpendebatur. Docet hoc *Glossa ad jus Saxon. Landrecht. lib.* III. *ad art.* 2. *Auch mag man keinen markt hegen ohne des richters erlaubnis; ja dass solchs des reichs wille sy, sol der Keyser syne rechte Hand-zeichen dessen zu urkund auff di Stad dar-zenden.* Clarius vero *Glossa ad articulum Weichbildi* 9. *Dat ist noch das urkundt, wo man neue Stadt bauet oder Markt macht, das man da ein Creutz setzt auf den markt, durch das man sehe das Weich-fried (Stadfried) da seye, und man hängt auch da des königs handschouh daar an, das man da by sehe das des königs wille sey.* Chirotheca vero erat olim symbolum donationis, cessionis, vide Joh. Gryphiander *de Weichbildis Saxonicis cap.* 74. *num.* 8. Nec dubium est, majores nostros in multis Saxonum & Germanorum, cujus pars erant,

mo-

mores & jura etiam secutos fuisse; Saxones enim in Batavia et Frisia habitasse antiquissimus patriae scriptor Colyn *in Chron.* testatur, Saxon. Frisones appellatos fuisse scribens, adde Melis Stoke *in praef.* Sic & apud nos in quibusdam locis ritum crucis erectae viguisse refertur *in de Historie van 't Utrechts Bisdom. tom.* II. *pag.* 234. ubi inter alia haec occurrunt de symbolo nundinationis: *Drie dagen eer 't kruis opgeregt word, en drie dagen na dat afgenomen is &c.* Et *in de Rhynl. Oudh. pag.* 487. *Wanneer 't de manier was, dewelke manier nog in wesen is, dat een lang yseren kruis, so lang als de paardemarkt duurde, aan 't huis van de Koster ten toon hing.* Ritum hunc crucem erigendi in nundinis antiquissimum esse probatur ex diplomate quod adlegat van Loon *d. l. pag.* 13. Florentii V. Comitis Holl. 1217. quo Aleidae cognatae permittit: *Te nieuwe Schiedam* nundinas ordinare & signum crucis erigere: *Op welke jaarlyks altyd den derden dag nae onser lieve Vrou-*

Vrouwe Maria Geboorte, het Kruis zal opgerecht en op den agtſten dag na ſyne oprechting volgens 't gebruik der andere Jaarmarkten afgenomen en weggedaan worden. Item ex privilegio Joan. de Avennes Leidenſibus dato, quod ex Orlers *Beſchryving van Leiden pag.* 267. ibidem van Loon *pag.* 15. adducit: *Ende van die Jaarmarkt ſal men dat Cruis rechten op St. Margrieten avond alle jaar.* Ratio vero crucis erectae videtur a conſecrationibus ſupra explicatis, repetenda quia diebus feſtis crux in memoriam Chriſti fuit erecta in eccleſiis, quod ad nundinas fuit tranſlatum, ob memoriam procul dubio originis, ſcil. conſecrationum. *Nulli licentiam eſſe*, ſancivit Imperator Juſtinianus *in Nov.* LXVII. *c.* 1. *neque monaſteria neque eccleſiam neque Orationis domus incipere aedificare, antequam civitatis Deo amabilis Episcopus orationem in loco faciat*, crucem figat publicum proceſſum ibi faciens, *& cauſam manifeſtam omnibus ſtatuens.* Diu itaque

hic

hic ritus fuit conservatus in nundinis publicis, bene an male nihil ad me pertinet, sciuntque omnes, magnum venerabilis illius signi abusum.

§. XI.

Comites ergo Hollandiae, ut ubivis Superiores, pro suo imperio ac libertate independente nundinarum privilegia civitatibus concesserunt. De Gelris hoc clarissime constat apud Schraffert *in Harderw. pag.* 181. Nec mirum hoc erat: varias enim ipsi civitates condiderant ex bonis in territoriis suis patrimonialibus, juraque praecipua in illas sibi reservaverant, ex quibus postea maximum commodum illis accessit. Ipsa fora hinc in patrimonio Comitum fuisse certo certius videtur; nec est cur dubitet auctor *der Beschryv. van Delft cap.* 12. *pag.* 565. Verba enim Philippi Comitis *ibid. pag.* 566. *Gonnen en geven mit desen onse brieven &c. tot eeuwigen dage*, & quae subjiciuntur, scil. quod

si-

ſibi reſervaverint jura nundinarum: *Behoudelyk dat wy in onſe voorn. Stede jaarmarkten, onſe vryheden, tollen &c. hebben en behoudenſullen;* hoc aperte teſtantur. Adde verba privilegii a Wilhelmo Com. Holl. Harlemenſibus indulti circa finem: *Behoudelyk ons desgbelyks van rechte van tolle ende van allen anderen vervalle alſe wy hebben in ander Jaarmarcten van Steden en van Dorpen*, vide Diploma *in de Handveſt. en privilegien van Haarlem pag.* 39.

§. XII.

Ejusmodi nundinarum privilegia paſſim a Comitibus olim civitatibus indulta, inprimis ob bene merita donata, occurrunt, e. g. apud van Rhein in de *Geſtigt. van Rhynl. pag.* 14. Leidenſibus conceſſa: *Onder andere meer vorregten van tyt tot tyt aan de Stad verleent, heeft Graaf Johan* II. *aan de Stad Leiden in 't Jaar* 1300. *om hare voortreffelyke dienſten een vrye Jaarmarkt verleent.* Solemnis eſt illa formula, in beneficiis & pri-

vi-

vilegiis ubivis occurrens, quae tamen magis ex usu quam ex vero est aestimanda; nam pleraque beneficia Comitum pro parata pecunia vel pro precariis a civibus & magistratibus concessis data fuisse, norunt juris patrii studiosi. Sic in diplom. illo Joannis II. apud Orlers *Beschryv. van Leiden p.* 267. *Omme haren getrouwen dienst, die sy ons ende onze voorvaders gedaan hebben en ons noch doen sellen.* Sic & civitati Alcmariensi a Comite Alberto privilegium seu jus: *Tot 't houden van een jaarmerkt met alle vrydommen omme menighen getrouwen dienst, die ons onse Stede van Alcmaar gedaan heeft en noch doen sal,* concessum testatur Boonkamp *Beschr. van Alcmaar pag.* 5. & *in de Handvest. van Alkmaar p.* 13. Civitati Vianen; *in de historie van 't Utrechts bisdom tom.* II. *pag.* 234. ob bene merita in ecclesiam Trajectinam domino Zuedero van Bosynghem ejusque successoribus in Instrumento Episcopi Traject. Joannis privilegium concessum fuit: *Dat hy aan*

de

de zyde van de Leck, daar ſyn Kaſteel Vianen ſtaat, ter plaatſe daar 't hem believen ſal, en daar hy 't dienſtigſt oordeelen ſal, ieder jaar van nu af te rekenen ſal mogen houden 2. markten ieder van 8. dagen. Innumera exempla ejusmodi privilegiorum civitatibus Belgicis indulta enumerare poſſem; ſed adlegavimus paſſim verba illorum & in ſequentibus plura ex illis erunt deducenda. Antiquiſſimum privilegium ſine dubio eſt Comitis Florentii V. quod Aleidae indulſit quodque ſupra jam adlegavi; inde vero non fluit, alia jam antea a majoribus ejus non fuiſſe data; immo ex ipſo illo diplomate patere videtur, juris recepti tunc temporis jam fuiſſe, ut Comes jus nundinarum civitatibus largiretur, per verba: *Mit al zodanig volkome recht, zo als dat op de andere jaarmarkten onſes Graefſchaps onderhouden word.* Et in fine: *gelyk als de andere Steden van ons Graefſchap, jaarmarkten houdende.*

§. XIII,

§. XIII.

Recentioribus temporibus Carolus v. civitati Leovardiensi inter alia privilegia concessit *een vrye veemarkt te houden*, vide Gabbema *in 't Verhaal van Leeuwarden pag.* 313. *art.* 12. licet forsan magis confirmaverit et mercatum adjecerit, quam de novo constituerit: habuerunt enim procul dubio omni aetate et ante Caroli tempora Frisii ejusmodi anniversarios mercatus, quod et patere videtur ex verbis: *In sulker voegen als sy* scil. civitas, *gewoon is te Sant Margrieten Sant Mathaeus.* Provocat ergo ad antiquas nundinas, quarum aliae in coenobiis, aliae tres apud Leovardienses anno 1453. jam celebratae ac stabilitae fuere, ut ex eleganti antiquo instrumento apud Gabbema *p.* 48. discimus, ubi ita secundum idioma antiquum Frisicum, quod antiquitatis et curiositatis causa adscribam *art.* 1. *Int arste so schiller wessa een Jeermerketh te Smelgher Convent des thonrdys*

ney mydfesta. i. e. *in 't eerste so sal er wezen een jaarmerkt te Smallinger Convent*, seu *in 't Klooster te Smallinger - Ee, des donderdags achter midvasten. II. Dongher arste merketh des monnadeys, tysdeys ende des wernsdeys to foera palma* i. e. *Dongeraas eerste markt des maandaags, dingsdsdaags en woensdaags voor Palmzondag III. Lyouwerda arste merketh. op den thonrsdey, freed en Snyonde in Passcha wyck* i. e. *Leeuwaarden eerste markt op den donderdag, vrydag en zaturdag in de Paasch week, et art.* v. *Lyouwerda lettra merketh to blyuwen op sunte Margareta dey, ende dy tredda to blyuwen op sunte Mathaeus dey, az 't in voortyden wessen had.* i. e. *Leuwaarder laeter of tweede merkt sal blyven op Sint Margriet, de derde op Mathaeus dag, als't in voortyden geweest had.* Adlegant hic *voortyden, oud herkoomen*, mores antiquos; diesque illi festi satis probant, nundinas illas pariter ut Hollandorum, a consecrationibus et festis repeti debere. His adde quae idem Gabbema tradit

pag.

pag. 268. *'T was een gewoonte binnen Leeuwaarden dat ſy den Zondag en de vordere week nae Mariaas bezoeking, dat pas den vierden in Hooymaand vallende, ter eeren van die ſelfde jaarlyks met een plechtelyken ommegang lankx de voornaamſte ſtraeten vierde.* Et paulo poſt: *weshalven uit alle hoeken van Frieslant ende andere geweſten de menſchen tot dat feeſt in menigte plegen te loopen.* Nemo jam dubitabit, nundinas tunc fuiſſe frequentatas, et ſic dudum ante Caroli V. adventum jura nundinarum apud Friſios viguiſſe. Immo refert nobis Gabbema *d. l. pag.* 47. *et* 48. de nundinis in pactis antiquis publice Friſios conveniſſe et ſtipulatos fuiſſe: *Tuſſchen de Deelen, Landen en Steden in Ooſtergoo,* ubi multa ſingularia, quae ſecuritatem nundinarum mercatorumque adtinent, reperiuntur. Notemus hoc loco *art.* 7. *Voorts ſullen alle koopluiden vry en vrank in de Landen mogen komen en ongemoeit en veilig uit die ſelfde verreiſen etc. et art.* 9. *Elck man ſal onver-*

D 2 *bindert*

hindert gaan en komen tot en van de Markt by straffe als voor aangetekent staat.

§. XIV.

Hodie magistratus ejusmodi nundinas propria quidem auctoritate mutare, immo constituere solent; num recte, merito dubitari posset, quia de effectu, si strictius ageretur, disputatio oriri posset, scil. circa privilegia nundinarum, num magistratus jure majestatis carens ejusmodi privilegiatos mercatus instituere et privilegia impertire posset. Recte taxare illos videtur Huberus in *Jurisprud. hod. lib.* IV. *cap.* 9. §. 12. *Evenwel*, inquit, *word dit in onse Provincien so niet in agt genomen, nademaal de Magistraaten en Officieren allenthalven niet alleen week, maar ook Jaarmarkten in hare bedryve tot hare keur en gerief der Ingesetenen instellen, alhoewel men sou kunnen seggen, dat sodanige merkten als er op aankwam, niet souden kunnen*

nen

men hebben alle de voorregten van vrye jaarmarkten, waar van zo even gesproken is &c. Idem de Hollandicis civitatibus tradit G. van Loon *d. l. pag.* 20. Ordinum Hollandiae quidem esse jus nundinarum concedere, adserens, jam vero civitates jus suffragii habentes, *stem hebbende steden* illud sibi vindicasse: *Dit is zeker*, inquit, *dat men door de Stad Dordrecht eene vlasmarkt, zonder daar toe Octroy te hebben in't laast voorleden jaar heeft sien oprechten.* Si itaque circa jus singulare, favore nundinarum observando, quaestiones orirentur, dubito ego cum praeclaro Hubero, an supremae Curiae haberent illius juris rationem, quia privilegia deficiunt, quae causam praebent huic singulari juri. Idem de salvo conductu, termino solutionis aliisque juris capitibus statuendum erit.

§. XV.

Crescentibus commerciis in Hollandicis civitatibus singulis mercaturae speciebus sin-

gularia loca; immo & nundinis ipsis ex ipsa re nomina indita fuerunt. Sic Amstelaedami ejusmodi varia fora, uti de *boter*, *kaas*, *vis*, *beschuit*, *bloem*, *hooy en stroo*, immo de *voddemarkt* inclusive constituta certisque locis destinata invenimus. Plerasque nundinas ex ipsa re nomina accepisse ex eo patet, quod saepissime mentio occurrit in Privilegiis civitatibus seu pagis indultis, van *Leermerkten*, *Paarde-Beestemerkten*. Nihil frequentius mercatu pecuario & singularibus nundinis: in pecudibus enim divitiae majorum consistebant, hinc non mirum videbitur, recentiore aetate & singulis productis ex re pecuaria, uti butyro, caseo, pellibus &c. annuas & singulares constitutas fuisse nundinas, quae olim in pecuariis foris simul fuerunt divendita: neque illa ars pelles praeparandi olim apud nostrates ita fuit exercita, crudaeque pelles ad vicinos mittebantur, teste Viglio ab Ayta *Epist.* 112. *tom.* 1. *P.* 11. *Analect. Belgic. pag.* 588. *Ad haec cum ibi pelles non expoliantur*

et

et qui vendere eas consuevere, salire easdem soleant, quo per aliquot tempus asservari ac ad emporia in aliqua quantitate venum deferri possent. &c. Memorat etiam Nideck *tom.* 1. *pag.* 178. Civitati Alkmaer duo ejusmodi fora a Philippo II. concessa fuisse in verbis: *Verwilligde meergemelde Philip. de II. den* 3 *Maart* 1575. *het houden van* 2. *jaarlykse Leermerkten de ene te houden des Maandags na beloken Paasschen en de andere 's daags na Bartholomeus* &c. Et Pars *Catw. Oudh. pag.* 187. forum piscarium valde celebratum Catwici memorat: *Tot katwyk*, inquit, *is ook geweest van onbedenkelyke tyden een seer vermaarde vismarkt, van welke my voorgekomen zyn twee brieven, kan niet sien als van twe Graven van Hollant*, quarum descriptionem mox pag. sqq. 188 &-89. instituit.

§. XVI.

Ad fora pecuaria quod adtinet, quam plurima certe nostris in oris in civitatibus aeque ac in pagis constituta occurrunt. Nec

mirum: nam pecudibus& olim & hodie abundavit patria & mercatus insignes pecuarii in antiquitatibus patriis passim celebrantur. Civitati Oudewater forum equorum a Comitibus olim jam indultum fuisse probat Kinschot *Beschryv. van Oudewater pag.* 583. ubi: *En onse Here van Hollant die heeft die Stede van Oudewater vryheit gegeven van een Paardemarkt*, quod Privilegium renovatum a Philippo Ao. 1564. idem refert *pag.* 414. *d. l.* Immo in pago Valkenburg adeo famosum equorum forum fuit, ut ad illud tempus, non solutio civilium obligationum solum, verum & publicorum chirographorum deferri soleret, ceu patet ex *Rhynl. Oudh. pag.* 487. *&* 88. ubi: *En was dese paardemarkt so vermaard, dat er de koopluyden uit 't binnenste van Spanjen naar toe quamen lopen en dat er somwylen* 3000 *paarden op een markt verkogt wierden, ja dese peerdemerkt was over vele jaaren so bekent, dat men gewoon was de betaling van Koopmanschappen en renten tegens die tyd vaste*

te

te stellen. Magis adhuc mirandum erit, duos vel tres annuos mercatus pecuarios, non uni sed pluribus civitatibus indultos fuisse. Ita civitati Goudae Philippus, Rex Castiliae tres equorum mercatus concessit, auctore J. Walvis *Beschryv. van de Stad Gouda pag.* 56. *In den jaare* 1502 *op den* 2. *Februar. vergunde Philip Aartshertog van Oostenryk der Goude een twede vrye paardemarkt beginnen de donderdaags den diertiende dag voor den eersten dag in de vasten, gedurende drie dagen. De Koopluiden en hunne Facteurs mogen vry komen drie dagen voor, en blyven drie dagen na de paardemerkt. Dese paardemerkt wierd vergunt om gelyke, wel eer deze Stede gegunt by Hertog Wilhelm van Beyeren, te houden omtrent vasten avond, die om verscheide oorlogen was agtergelaten. In den* 1505 *jaare. op den* 13. *van Nov. verleende Philip Koning van Kastilien een derde driedaagsche paardemerkt boven de twee te houden op donderdag na half vasten.*

 §. XVII.

§. XVII.

Singulare privilegium fori equorum civitati Hattem concessum invenimus, scil. ut ibi forum exerceatur illo tempore, quo per totam provinciam ejusmodi forum non frequentaretur; forsan ob hanc rationem, ut aliis haud noceret, vel ut prae ceteris foris hoc quam maxime floreret, vide het Gelders Placaatbock III *deel pag.* 130.&-31. ibique: *Aan de Stad Hattem by desen geaccordeerd een jaarlykse paardemarkt te houden in haar Stad, op een dag wanneer de andere Steden in dese Provintie geen paardemerkt hebben.* Et quis de foris pecuariis, seu beestemerkten posset colligere omnia privilegia? sufficiet unum notemus praecipuum, quod pariter exstat in 't *Gelders Placaatb. pag.* 488. *eod.* ubi civitati Bommel concessum fuit, diebus martis per tres septimanas mense Aprili ejusmodi forum pecuarium, macilentarum scilicet pecudum exercere: *Om op drie distincte dingsdagen in de Maand April een magere beestemarkt*

markt binnen deſelve Stad te mogen houden. Vix etiam civitas reperitur in Belgio, quae non bina vel trina ejusmodi fora pecuaria exerceat, ſaltem ſorum macilentarum initio veris & iterum pinguefactarum pecudum tempore autumni. His itaque diverſis foris & nundinationibus breviter tractatis, vel ſummo digito tactis, non poſſum quin hanc obſervationem addam, notabile inprimis videri exteris, quod fora magis frequentia in patria noſtra haud occurrant, quam equorum & pecudum; at inde certiſſime concludere poſſumus, majores noſtros praeter alia marina aeque ut hodie pecudùm abundantia floruiſſe, ſtudiumque, divitiasque omnes in illis collocaſſe; immo & hodie in provinciis omnibus, exceptis magnis emporiis idem ſtudium eademque circa rem pecuariam cura & diligentia ex frequentia illarum nundinationum manifeſto adparet.

§. XVIII.

§. XVIII.

Interim non majorum pecudum mercatus hic ſolum intelligo, ſed & minorum, quarum aeque magna copia ubivis occurrit, adeo ut in nonnullis civitatibus loca quaedam publica, immo & plateae ſingulares ex hac nundinatione nomina ſortitae fuerint, vel in hunc diem adhuc retinuerint; ſic e. g. Amſtelaedami adhuc hodie occurrere *Schapemerkt*, *Schagermerkt*; Trajecti ad Rhenum de *Ganſemerkt* ſcimus omnes; vel quod & hodie ejusmodi mercatus ibi excerceatur, vel olim antiquis temporibus fuerit exercitus. Franequera, quae incrementum ſtudiis meis dedit & in qua haec ſcribo, quotannis menſe Octobri die vigeſimo primo forum ſuarium exhibet, quale per totam Friſiam vix ullum frequentatur, nec injuria celebratiſſimum forum hoc ſuarium & pecuarium dici merebitur. Incredibile dictu eſt, quod millena porcorum uno illo die vel ante meridiem ibi

ibi vendantur; & hos inter monſtra quaſi deprehendere datur tantae molis, ut pondere bobus ipſis aequent: propriis enim oculis videre contigit ſuem 600. ponderum, nec mendax mihi videbatur fama, extitiſſe olim, quae dicta pondera longiſſime excederent. Unde vero illud privilegium habeat civitas, num a Saxone, cui plurima debet, an moribus & longa conſuetudine forum illud ſit inductum, cum ignariſſimis ignoro; ignorant et alii omnes me longe peritiores, quos in conſilium adhibui, archivis ſilentibus vel ab imperitis Secretariis, quales minores civitates neſcio quo fato ſibi eligere ſolent, parum prudenter ordinatis et cuſtoditis. *a.*

C A-

a. Vix credo forum ſuarium Romanorum, cujus ſit mentio in *l.* 1. §. 11. *D. de Offic. Praef. urb.* ſub cujus cura erat illud forum, cum illo et pleriſque aliis foris pecuariis noſtris comparari poſſe, niſi in hoc, quod Romani jam ob mercimoniorum abundantiam diverſa fora vel mercatus inſtituerint. De ſimilibus Romanorum foris, ut boario, vendendis bubus, Feſto auctore, deſtinato aliiſque, plura dicere nihil adtinet.

CAPUT III.

JURA SINGULARIA BELG. NUNDIN. EXHIBET.

§. I.

Non dubitamus ergo ad regalia conſtitutionem et jura Nundinarum eſſe referenda hodieque apud Superiorem unice ſtare, qui pro lubitu ſingularia privilegia illis indulget, ſine quibus nundinae haud fundari, multo minus ab exteris aeque ac incolis frequentari poſſent. *a*. Aperti

a Sic et apud Romanos occupato imperio ſoli Principi competebat jus nundinas conſtituendi per *l.* 1. *D. de Nund.* ibique verba: *Nundinis impetratis à Principe*, junge *l. unic. C. de Nundin.* Secundum hunc reipublicae Rom. ſtatum, recte Cujacius in *Paratit. C. tit.* 60. *de Nundinis*, illas definivit: *celebriores mercatus, qui*

ti jam juris erit, nullo modo illarum jura praefcribi poffe, quia ad Majeftatem pertinent neque per praefcriptionem diminui debent. Diftinctionem adhibere folent Interpretes, inter illa jura quae Majefta-

ti

qui habentur certis ftatisque temporibus, maximo mercatorum conventu, in locis quibus jus eas habendi longa confuetudine aut beneficio Principis datum eft. Opponi hic poterit, quod et Confules vel Senatus Romanus facultatem nundinas conftituendi habuerit, perhibente Suetonio in *Claudio c.* 12. *Jus Nundinarum in privata praedia à Confulibus petiit*, et Plinio *lib.* v. *epift.* 4. *Vir praetorius Solers à Senatu petiit, ut fibi inftituere in agris fuis Nundinas permitteretur.* Verum hoc jus Confulum videtur ad praedia et privatos agros reftringendum, quorum in adlegatis locis tantum fit mentio, quodque Princeps illis forfan reliquit. Pertinet ergo ad jus majeftatis facultas nundinas inftituendi. Hac occafione quaerunt interpretes, an Princeps electus nondum inauguratus ejusmodi privilegia indulgere poffit. Abutuntur hic *l. fin. C. de Decur.* quod nemo jure militari teftari poffit, nifi in numeros fit relatus. Verum fufficere videtur electio et delatio imperii, quia coronatio eft tantum folemnitas, Conring *de Imper. Rom. German. c.* 13. §. 15. Limita, modo in leges fundamentales juraverit.

ti ita inhaerent, ut si particulam illi detrahas, Majestas amplius dicenda non sit, et illa, quae salva Majestate et aliis concedi possunt, nec utilitatem communem respiciunt, vel Majestatem directo; quo referunt minora regalia, interque illa etiam jus nundinarum, quod immemoriali praescriptione acquiri posse statuunt. Mascardus vero de *Probat. conclus.* 1214. *n.* 18. *et* Peregrinus de *jure Fisci lib.* VI. *tit.* 8. *n.* 14. per usum immemorialis demum temporis regalia praescribi putant. At vero et hanc sententiam falsam declaramus, quia nos eo producit, ut totum jus Majestatis diminutis gradatim particulis per ejusmodi praescriptiones tandem destruere inque inane nihil convertere debeamus, hinc secundum principia juris patrii quod olim ignoravit praescriptionum jura, pariter etiam secundum praecepta juris naturae, quod non finit per tempus immemoriale fraudare aliquem suo dominio,

..n-

sententia haec jure ut falsa mihi rejicienda esse videtur. *

§. II.

Ritus hic etiam singulares notandi veniunt, qui omnes a Superiore descendunt, uti nostris in oris per sonum campanae, vulgo 't *in en uitluiden van de Kermis*, seu per erectionem crucis, vulgo *mit 't opregten of ten toonstellen van een Kruis*, ut supra jam vidimus, aliique modi. Locum & illis adsignat Superior, vel in foro, vel alibi, scil. *om Kraamen op te regten*;

* Apud Romanos non usu amittebatur jus nundinarum, secundum Modestinum in *l. 1. D. de Nundinis, Nundinis à Principe impetratis, non utendo qui metuit, decennii tempore usum amittit.* At alia erat Romanorum politia, alia majorum nostrorum, quibus simplicitati naturae magis studentibus, imprudenter et infeliciter haec fuerunt obtrusa, sine discrimine rerum publicarum privatarumve: quae enim privatis conveniunt non aeque publicis adplicare fas est.

ten; quales † non nisi in nundinis erigi expresse prohibentur apud Lams *Handvest. van Kennemerl. pag.* 730. ubi: *Geen Koek, Wafel Poppekramen ofte hoe deselve genaamd soude wesen, anders als op de gewoonlyke jaarmarkt te stellen* & ibid. *pag.* 808. poena statuitur, si illae in certo destinato loco non erigantur, in verbis: *Sullen sy luiden hare Kraamen stellen onder de lindeboom der selver dorpe ende ook binnen alsodanigen limiten als sy van de Schout aldaar aangewesen en geordineert sullen worden op de pene van een half Kennemerpont te verbeuren* &c. Quin & in templis tabernae eriguntur

† De tabernis seu aediculis lignaeis Romanorum vide Isidor. *lib.* xv. *Orig. c.* 2. Officinae, pergulae, ergasteria, horrea et apothecae apud Romanos dicebantur, Alciatus IV. *Pareg. c.* 27. alias et Stationes dicuntur, quo refer *l.* 7. §. 13. *Quib. ex causs. in possess.* ubi de latitante circa columnas aut stationes, quod tamen Cujacio displicet *lib.* 1. *Obs. c.* 13. *et lib.* 11. *Obs. c.* 40. *Statuas* pro *stationibus* legenti. Ut ut est, *stationibus* utitur etiam Suetonius *in Nerone c.* 37. aliique.

tur nonnunquam ut merces rariores ſeu pretioſiores cuſtodiantur. Sic Trajecti ad Rhenum in templo divae Mariae tabernae nundinariae quotannis exſtruuntur, nec injuria: nam res ſacras non habemus ſed mere eccleſiaſticas & ejusmodi tabernae ſi clauſae ſint, non magis pietatem ſeu devotionem turbant, durante miniſterio, quam imagines, arma depicta aliaque ornamenta, quae ſat multa hodie apud nos in eccleſiis inveniuntur. Irreligoſum hoc eſſe tradunt nimium religioſi propter locum Matthaei xxi. *vſ.* 12. 13. et *Canonem Ex multis* 9. *et can. Ejiciens* 88. Verum longe alia eſt dicti illius ratio, neque abutimur templis, nec cultus religioſus ideo ceſſat. Quid? ſi recte ſentio, longe magis haec devotionem noſtram turbare posſunt, quam clauſae illae tabernae in remotiore eccleſiae parte.

§. III.

Diem quoque illis praefigit Superior e.

 g. quod

g. quod hodie die solis vel festis nundinae haud frequentari, quin immo si incidant in diem solis festumve in alium transferri debeant. De mercatibus hebdomadalibus ita statutum legimus in 't *Gelders Placaatb.* III. *deel. pag.* 7. scil. si diebus solis in Provincia ejusmodi mercatus frequentarentur in alios dies transferri jubentur, his verbis, *Sal't Hof de merkt dagen so op Sondagen mogten in dese Provincie gehouden worden, op bequame werkdagen verleggen en aanstellen.* Et ita dudum post sacra Christiana introducta, *Capitul. Carol. M. c.* 18. *De Mercatis ut in die dominica non agantur, sed in diebus quibus homines ad opus dominorum suorum debent operari.* * Tempora Nundinarum adhuc ho-

* Convenit hoc cum aliis legibus omnibus divinis aeque et humanis *Exod.* XX. *vs.* 8. *sequ. c.* XXIII. *vs.* 12. *c.* XXXI. *vs.* 14-17. *Deuteron.* V. *vs.* 12-14. *L. ult. C. de Fer.* & *capit* 1. X. *de Fer.* Post finitum tamen cultum divinum nihil obstare, quo minus & nundinationes tractentur, supra indicavi.

hodie in novis publicis indicari solent, si de novo constituantur, vel dies mutetur. Plerumque media æstate, vel tempore messis vel post illam instituuntur, primum ut mercatores commodius iter facere & sic cum mercibus suis Nundinis interesse possint, secundo ut rustica gens majore cum animi voluptate ac sine neglectu ruralis sui laboris illas frequentare posset, cum Jovem claussum habeat in cista. Pro lubitu temporis spatium definit Superior, alibi per VIII dies, alibi latius tempus XI & ultra. Sic in Leidensi *notificat. Geduerende eenen tyd van thien dagen.* Carolus V. jussit nundinas per unum tantum diem agere, scil. illas sine dubio, quae occasione festorum celebrabantur: nam per privilegia impetratae non poterant absque mentione abrogationis & privilegii ipsius imminutione ita restringi. Ratio illum moverat ebrietas et inde procedentes rixae, vulnera & homicidia, vide Placit. 1531. 7. *Oct.* apud Winsemium *Kronyk van Vriesland lib.*

XV. *pag.* 497. *Ordonneren dat alle de Feesten ende Kermissen in elk van onse Landen gehouden zullen worden* op eenen dag, *sulk als by ons, of onse voorsz. zeer lieve en beminde Zuster, de Koninginne Regente, in onse absentie, by advys van de Gouverneurs, Raaden ende Provinciale Regteren van de zelve Landen binnen vier naastkomende maanden, verklaart, ende geordonneert zal werden: ende dat de voorsz.* Feesten ende Kermissen maar eenen dag *duuren zullen op de verbeurte van* 15. *Car. Guldens, by de geene, ende elk van hen, die de voorsz.* Feesten en Kermissen *buiten, en langer dan* den dag *daar toe geordonneert, houden zullen, ende insgelyks by de gene en elken van hen, die tot 'er voorsz. Kermissen komen zullen, ende zoo dikwils dat gebeuren zal.* Adde Auct. ad *Batav. sacram.* II. *D. pag.* 496.

§ IV.

Superioris denique in arbitrio est, quales ve-

velit admittere, cujusque sectae personas; licet omnes sive haeretici, Judæi, sive Christiani sint admittendi mihi videantur, quia in commerciis non adgnoscimus sectas, nec in illis quaestio unquam movetur de religione, sed tantum fides respicitur mercatoria, quam Turca, Arabs, seu Persa in commercio ac mercatura aeque observare debet, quam quisque Christianus. Et hac in re Nostrates recte sentire videntur, nullas sectas excludentes, ut alibi factum fuisse historiae memorant, e. g. in Judaeis &c. † Quas festivitates vel

† Male certe in Concil. Constantin. *seff.* 19. haereticis omne commercium cum orthodoxis fuit negatum, quasi qui dissentirent in religionis principiis, omnem humanitatem deposuissent, vel fidem ejurassent. At vero in Bursis mercatoriis cessat omne religionis odium, nec quaeritur ibi, cujus sit sectae. Fidem non servans incidit in poenas publicas et sua sententia è societate mercatoria ejicitur. Animadverterunt & hoc Germani, instar privilegii Judaeis liberum accessum ad fora, Missas per leges Imperii indulgentes, plerumque tamen sub gravi tributo, vide *Recess. imperii* 1551. & *Reformat. Polit. imper.* 1577.

vel ludos nostris in oris e.g. funambulos, comoedias etc. velit permittere, pariter in novis publicis indicari solet. Ita magistratus loci plerumque prohibitionem ludorum solet palam facere iterumque singulis fere annis facultas ludos illos celebrandi à magistratu loci est impetranda. Olim ad peregrinos provocandos et alliciendos aliae artes et festivitates fuerunt in usu; quo refert erud. van Loon, Cameram Rhetoricorum, vulgo *Rhetoryker-kamers*, quae incredibili copia et pompa ad nundinas confluebant, vide ibi adleg. Guicciard. *Beschr. van Nederl. p.* 79. et quae Cl. Doct. meus C. H. Trotz ad *Priv. Mariae p.* 195. adtulit, adde P. van der Schelling *ad Pars Catwykze Oudhed. pag.* 214. *sequ.* Sic in *Notificatione* Leidensium 1577. apud Loon *d. l. p.* 81. primum dies nundinationis, tandem et festivitatum et ludorum his verbis indicantur: *Zal de gemeene marckt beginnen ende gehouden worden den voorsz. eersten, tweeden en de andere*

dere volgende dagen. Den derden (naar de behoorlyke Predicatien ende danczeggingen in de Chriftelicke vergaderinge der Kerken als nae behooren, zullen zyn geyndicht) zal de generale Wapen-schouwinge en munsteringe van de Schutterie en de Burgerie, aldaer werden vertoont ende met een haer luyder oeffeninge in 't Schermutzeren, zo wel te water als te lande. Den vierden zullen de speelen en de vertooningen die tot verheuginge van een yegelyk ter voorschreven markt gecomen zyn, gedaen werden. Eo tandem refertur etiam festivitas illa civium, pro praemio et rege eligendo globulos, vel tela olim, in orbem ejaculandi, tempore nundinarum frequentata: *Nae den Vogel om Koning te worden, of naer het wit in de Doelen te schieten, idem* Loon *p.* 90. In novis publicis, vulgo *de Couranten*, saepius ob singulares rationes ludi quidam prohibentur, ut plurimum fere omnes ludi tessarum illiciti, seu *allerlei dobbelspellen*, quia plerum-

que in perniciem juventutis, immo civium aliorumque tendunt, hinc et merito poenam in illos ſtatuerunt, non ſolum in ſed extra nundinas, uti patet ex Lams *d. l. pag.* 737. ubi: *Sal hem niemant ververderen met allerlei dobbel ſpellen op kermis of andere tyden te erneren op pene daar in begrepen.* Banniti, ſeu relegati, forum frequentare non poſſunt, quia privilegiis nundinarum prorſus non gaudent: quippe hae illius naturae cenſentur, ut ad ſceleratos aut maleficos ſine nota infamiae extendi nequeant. Cavendum, ne in proprio ſolo aſylum nequitiarum erigatur, judicisque majeſtas vilipendatur: quippe qui indulgentia intempeſtiva ſententiam ſuam redderet ipſe deriſoriam. De mercibus importandis vel exportandis Placita Ordinum ſunt inſpicienda, puta, de illis quae in commiſſum cadunt, vulgo *contrabanden*; attamen rarius in nundinis ejusmodi res importari ſolent, inprimis hodie,

die, cum multum differant nundinae nostrae, ab illis antiquis. *

§. V.

Potiores autem Nundinae in civitatibus celebrantur et vocantur *Jaarmerkten*, quae toto coelo ab illis hebdomadalibus, ut supra jam vidimus differunt, et sine dubio in gratiam rusticae gentis inductae sunt, ut producta sua et victualia citius possent vendere; non minus tamen in gratiam pariter civium et vicinorum emtorum, et sic utriusque commodum, civis nempe et rustici in illis versatur. Durant et hae ideo per unum tantum diem et vix ad meridiem usque, nec sunt solemnes, quia Nundinarum solemnium carent pri-

* Romanorum jus circa merces importandas vel exportandas videre licet in *Tit. C. Quae res exportari non debent*, item in *Tit. Quae res non possunt venire et Tit. de Commerc. et mercator.* Refractarii vero incidebant in crimen majestatis *l. 4. D. ad Leg. Jul. Maj.*

privilegiis; dicuntur vulgo *Merktdagen.* Vix erit civitas ulla, ubi ejusmodi nundinationes hebdomadales non inveniantur, licet una aliave potentior civitas plures in eadem hebdomade quam altera habere possit, propter magnitudinem et copiam inhabitantium, saltem mercatum variarum mercium, sic ut e. g. alio die victualia, alio alias merces admittere valeat. Quantum interim memini, nostris in regionibus etiam in magnis emporiis unus dies sacris illis hebdomadalibus destinatus est, ne nimium alias distrahantur subjecti. In his tamen non silent judicia, nec indicuntur feriae, uti in illis anniversariis, sed celebrantur omnes judiciales contractus aeque ac in aliis diebus.

§. VI.

Cedere nundinas potissimum dixi civitabus; nihilominus et ruri in pagis celebrantur, tanti licet momenti non habeantur. Immo

mo ne civitatibus oneri ſint, intra certum ſpatium ſaepius determinantur legibus publicis; prudenter certe, ne ſibi invicem nocerent. Praebet nobis Choppinus hac in re duas notabiles cautelas *lib.* III. *tit.* 27. *num.* 25. *de Doman.* alteram ſcil. ne binum venale forum, niſi denis ſaltem paſſuum millibus interpoſitis admittatur, alteram ne iisdem cum alio diebus noxio invicem concurſu exerceatur. Exempla habemus iterum in patria, inter civitates olim querelas fuisſe motas propter vicinitatem et mutationem nundinarum. Sic Alcmarienſes de Hornanis olim conqueſti fuerunt, quod in damnum civitatis ſuae nundinas mutaſſent, apud Boonkamp. *Beſchryv. van Alcmaar pag.* 25. ubi: *Al 't welk tot groot nadeel van deſe Stad was, terwyl die van Hoorn hunne jaarmarkt agt dagen voor die van Alcmaar gelegt hebben.* Immo cruenta bella inter Anwerpienſes et Bruxellenſes contra Mechlinienſes antiquitus ob jus nundinarum exorta

fuis-

fuisse, discimus ex Heutero *Rer. Burgundicar. in Philippo Bono lib.* IV. *pag.* 216 ad annum 1434. ubi: *Pacem inter Antwerpienses, Bruxellenses, ac Mechlinienses facit. Oppugnarunt enim acriter Antwerpienses juncti Bruxellensibus, Mechlinienses, ob fora, nundinasque, quas quisque suae urbi asseverabat deberi.*

§. VII.

Hac de praeferentia civitatum prae pagis sat multa possent adferri exempla; sed paucissimis notabilioribus contentus, primum adferam ex jure Alemannico, ubi elegans inter alia et hoc institutum invenitur, nulla fora, rerum venalium scilicet, nisi minus distent ab alio proximo foro quam duo milliaria, esse instituenda, apud Schilterum in *jure Alemann. pag.* 80. verba sunt: *Man sol dehainen markt dem andern naeher legen denn aber zuun mile.* Et ex antiquissimo JCto patriae Philip. de Leiden, qui primus jura

jura Romanorum tunc temporis jam recepta, patriae jurisprudentiae adplicare laboravit, patet, opificia ne quidem intra III. leucas ab Urbe Leidensi permissa fuisse; sine omni dubio, ne civitati, commercia et nundinas exercendo nocerent, vide *casum* 42. *de Cura reipubl. pag.* 135. ibique: *Ex praemissis capias argumentum, non valere illud Privilegium, quod temporibus meis indultum vidi quibusdam, ut infra tres leucas tria milliaria vel quatuor, in nullis villulis et casis circum jacentibus alicui oppido, textores vel fullones vel hujusmodi operarii commorari non poterant, vel sua officia exercere, nam istud directe impietatem respicit, et jus ac proprietatem aliorum absorbet, et maximam violentiam inclusam habet. Et ideo merito stare non debuit.* Improbat, ut vides, ejusmodi privilegia Philippus noster; at cum bona ejus venia dictum sit, sine ratione: Cum enim ad longe majora onera, accisas, defensiones, belli inprimis obligarentur civitates,

tes, commodiusque esset, mercatus in civitatibus exercere, aequissimum quoque fuisse putem, ut civitates majore etiam praerogativa ac privilegiis honorarentur. Similia harum intuitu privilegia in omnibus provinciis occurrere manifestum est. De Frisiis adferam pauca. Saxonem dedisse Franequeranis idem privilegium, testatur Schotanus in *Chorographia* post *Beschryv. van Friesland pag.* 238. *Dat geen aenleggende Dorpen het Recht van Waege, Ambachten, of Coopmanschappen souden hebben.* Objicis, ante fundationem civitatum habuisse, et opifices pagos inhabitasse, post conditas illas demum jus illud pagis fuisse ademtum adeoque verissime injustitiam ac violentiam accusasse Phil. de Leyden. Verum antiquis temporibus non fuerunt ejusmodi opificia, nota, ut hodie, nisi vulgaria eximas; neque plane adimuntur pagis remotioribus; sed vicinis nimium civitatibus, ne jura confunderentur, et urbes mutarentur in pagos, et vice versa:

face-

facile etiam pusillo hoc lucro carere possunt pagi, quia longe majus lucrum ex vicinitate urbium et frequentia civium sperare et lucrari possunt. Paucis concludo, ob majora pericula et onera civitatibus amplius quid esse in dulgendum. Exemplum habes in civitate Leidensi, quae in sua *Notificat.* causam nundinarum his verbis prodit: *'T welk sulx d'een den anderen tot vordernisse ende behulp der voorsz. Stad Leyden* [*die sulx alle de werelt genuuch bekent is, in haare twee zware belegeringen, zo vele geleden heeft, ende tot het alder uyterste gecomen zynde, ten dage voorzeyt wunderbaerliken is verlost.*] *op dat die te meerder mocht zyn vermaert, ende bezocht, zal gelieven voorts te zeggen ende verwittigen.* Alium notabilem locum de Frisiis, mecum communicavit eruditissimus Doctor meus et si quis unquam, patrii juris interpres studiosissimus, C. H. Trotz, ex eleganti MSto Frisiorum, Martena a Burmania *Landboek pag.* 260. ubi in-

ter articulos Imperatori Carolo V. oblatos, quum imperio ejus, relicto Gelro, se subjicerent: *Daer toe gheen Steden te hebben Stads Privilegien ofte sy syn in graften en wallen bevestigt. Ende in de dorpen gheen botter waegen ofte groete Coopmanschappen te houden dan alleen in de Steden.* Collimat et alius locus elegans ad commercia faciens *ibid. columna sequ. Item begeert oock Sneek hoe sy moegen coepen ende vercoepen over al Vrieslant ende Groninger landt, ende sy alsoe weder in onse landen of by ons.*

§. VIII.

Singularem effectum olim apud Catholicos producebant nundinae illae majores, seu *Kermissen*, scil. quod jure asyli & ipsi occisores fruerentur, ideo, quia tales dies fuerunt Deo vel Sanctis dicati, vulgo *Kerkmissen* dicti. At tempore Comitum non licuit impune peccare & tranquillitatem publicam in nundinis turbare: puniebantur enim delinquentes secundum Statuta, Handvesten, Privileg. Joanis

Joanis Comit. Holl. apud Orlers *Beschr. van Leyden pag.* 267. *Uytgenomen vechten, dat sal men beteren ende berechten nae der hantveste van de Poorte by Schepenen.* Festivitates hoc mali post se plerúmque trahunt, ut homines laetitiae publicae nimium indulgeant & ebrietati studeant, quasi vero gaudia non essent solida, vel facilis illorum oblivio adesset, nisi probe fuissent inebriati; inde vero in festis & nundinis rixae, vulnera & caedes. De Thielensibus eleganter Alpertus de *Diversit. tempor. lib.* II. *cap.* 20. apud Eccardum in *Corpor. histor. med. aevi pag.* 119. pessimos illorum mores circa justitiam administrandam describens, post alia de potatione illorum ita pergit: *Siquidem ob hoc pecuniam simul conferunt & hanc partitam singulis ad lucra distribuunt & ex his quoscunque potus certis temporibus in anno cernunt, & in* celebrioribus festis quasi solempniter ebrietati *inserviunt*. Et Carolus V. in Placito 7. *Octobr.* 1531. palam conqueritur de ebrietate

et caedibus in feſtis et nundinis: *Ook in de Feeſten en Kermiſſen, ende zonderlinge totte geſchillen, doodſlagen en andere inconvenientien daar uit procederende.* Jure itaque per *Placitum Holl. anno* 1545. 30.*Januar.* nulla remiſſio homicidis et homicidio tempore nundinarum commiſſo, indulgetur, evanuitque prorſus jus aſyli; et hoc recte quidem, quia noſtris nundinis nulla religio ineſt, uti olim apud Pontificios, vide Bort in *tractatu Crim. p.* 111. *num.* 20. Immo loco remisſionis potius ſeveriſſimis poenis in delinquentes et homicidas tempore nundinarum animadvertendum eſſe putem, ad tumultus turbasque evitandas et ad illarum ſecuritatem magis promovendam; Hinc et dupli poena jure Drenthano ſtatuitur in vulnera nundinarum tempore alicui inflicta, vide *'t Landrecht van Drenth. lib.* IV. *art.* 31. *Alle Duſſlagen, bloetryſen etc. worden betaalt met dubbelde breuken als deſelve geſchieden op Goorſpraken, op vrye jaarmerkten, etc.*

§. IX.

§. IX.

Alius quosque in jure patrio nostro valde singularis est effectus, quod emta in nundinis nequidem vindicari possint, nisi restituto pretio, modo juramento illud testetur emtor, quodque venditorem ignoret, neque suum recuperare possit. Grotius in *Introd. ad Juris prud. Holl. lib.* 11. *cap.* 3. §. 6. 13. hoc ad omnia fere loca, ubi *vrye merkten* habentur, adplicare videtur, licet Groenewegen *ibid. in Notis* tanquam particulare quid adleget, in civitatibus Antwerpiensi et Mechlinienfi hoc locum non habere. Sim. van Leeuwen in *de Costuimen van Rhynlant pag.* 206. idem affirmat. Horum vero duumvirorum vestigia sequens, aequissimam hanc affirmare audeo constitutionem, qua in re ex parte jus Civ. Rom. Majores etiam videntur sequuti, statuentes privilegium nundinarum in eo potissimum consistere, ut emtor

 tutus

tutus fiat. Attamen duas has limitationes adjicerem I. ut emtio sit bona fide peracta. II. ut re vera in foro publico privilegiato res fuerit emta, non vero in nundinis hebdomadalibus, quippe quae ejusmodi praecipuis privilegiis non fruuntur. Hoc casu si acciderit, ut rem furto ablatam mihi venditam verus dominus vindicare velit, mihi saltem pretium reddere tenetur. Haec saltem aequitati mihi magis respondere videtur sententia, licet sint contrarium qui probare conantur, uti Hahnius aliique vid. etiam hac de re *Bellum Jurid. pag.* 1. et *seqq.* ubi pro et contra disputatum legimus; secundum praedictam tamen meam sententiam a Curia pronunciatum fuisse deprehendo. Agit enim casus in bello Jurid. de pecudibus furto ablatis, in nundinis privilegatis, seu *op een vrye markt* venditis, bona fide quoque a tertio emtis; jam quaeritur, an a vero domino vindicari possint sine pretii restitutio-

tione, quod per Curiae ſentiam vero domino negatum fuiſſe ibidem patet.

§. X.

Elegans porro et hoc privilegium invenimus, iterum in civitatum favorem introductum, ſcilicet, quod in ipſis pagis, vel ruri, alias *ten platte lande* nihil coemi poſſit victualium vel eſculentorum, ſed in nundinis pub. hebdomalibus; ratio forſan eſt, ne incolae ſuo naturali proventu defraudentur, magnove pretio res et victualia ſibi comparare teneantur; vel etiam ne extra territorium evehantur; tandem ne monopolia facile a privatis cum damno totius univerſitatis erigi poſſent, vide Clariſſ. Doctoris mei C. H. Trotz *Jus agrar. feder. Belgii diſſ.* IV. §. 21. *ſequent. pag.* 200. *ſeqq.* Severam hinc ſtatuerunt poenam in ejusmodi emtores Legislatores, e. g. in de *Handveſt. van Kennemerl. pag.* 183. *art.* 15. *Geen boter, Kaas*

 etc. te

etc. te kopen of verkopen om wederom verkoft, ofte uit ten lande vervoert te worden dan ter vryer markt, *op de verbeurte van deselve en voorts op arbitrale correctie.* Quae omnia fere repetuntur *ibidem pag.* 199. *art.* 15. De frumentis etiam non nisi in foro civitatum propinquarum vendendis, elegans Placitum habemus Caroli V. de Anno 1545--46. apud Graswinckel *van de Lyftogt pag.* 18. *Dat niemant wie hy zy en vervordere off presumere enige Tarwe, Garst, Rogge, Haver nog andere greynen in specie, gemalen noch anderfint voortaan te verkoopen noch ook te kopen in de Kloosters, Dorpen, Hooven, ofte andere huisen, noch elders op 't platte land noch in andere plaetsen, dan alleenlyk in* de vrye openbare *en geconstumeerde merkten* etc. Et sic passim in aliis Placitis idem repetitum legimus. De piscibus idem sancitum esse ex Plac. Philippi 1574. *Vol.* 11. *Plac. Holl. p.* 2122. discimus, in verbis: *Dat van nu voortaen allen verschen Visch, ende namentlyck,*

lyck, Salmen, Steur ende Elfte binnen Hollant gevangen, gebracht ende verkocht ſullen worden ter plaetſe van hare behoorlyck ende gewoonlycken afſlach ende nergens anders, op de verbeurte van de ſelfde Viſch, contrarie deſer Ordonnantie verkocht, ende dat den Contraventeur van deſen 't zy kooper ofte verkooper van den Viſch, arbitralyck geſtraft ſal worden aen ſyn Lyf, met een mulcte van hondert gouden Realen, tot allen tyden 't zy op der daet, ofte daer nae etc. Poſſent et huc referri *de Dwangmerkten*, puta, cum Superior vicinos pagos cogat, in primariam quandem civitatem, vel ſedem imperii ſui merces potiſſimum deferre, qua de re vide *Jus Friſ. Orientale, Ooſtfrieſche Land-R. pag.* 327. *et Accord. van Ooſterhuis art.* 47.

§. X I.

Accedunt et alia ſingularia privilegia ad incitandos ac provocandos mercatores, ut nundinas frequentent, e. g. immunitatis

conceſſio a quibusdam oneribus, quae merces reſpiciunt. Sic inter alia in de *Handveſt. van Kennemerl. pag.* 56. occurrit privilegium, de mercibus ſtaterae publicae non ſubjiciendis: *Item, ſo en ſullen ſy geen waaggeld geven in eniger marckten.* Saepius et praemia e. g. *Silvere Sweep, Spooren*, etc. a magiſtratibus et Toparchis aliisque proponi in novis publicis legimus illi, qui optimum caballum ad nundinas equorum adduxit, vel qui emit optimum; hinc et plerumque illo tempore ejusmodi curſus equorum ad multitudinem eliciendam et lucrum inde percipiendum inſtituuntur, vulgo dicimus *hard-draeven.* In ſaepius memorata Leidenſium Notificatione de propoſitis illis praemiis haec habentur: *Zulck de voorſchreven van Leyden gedenken zullen den genen, die van de verſte wege en mette meeſte en coſtelickſte waren aldaer ter marct zullen comen te beſchencken ende vereeren.* Generalis eſt lex ſeu promiſſio, et facile de illo pre-

pretioſo, ſeu quod eſt rariſſimum et pretioſiſſimum, quaeſtio poterit oriri. Melius erit, ut quantum fieri poſſit adcurate haec definiantur: memini enim circa praemia haec varias aliquando controverſias, cum periculo nundinarum fuiſſe motas, quae à toparchis vix decidi poterant. Geldri pariter hunc in finem ejusmodi privilegiis immunitatis nundinas ſuas inſtruxerunt, ut omnibus ad libitum frumenta aliasve merces ſine aliquo onere in fora nundinaria advehere liceret, in *Placito pr.* 10. *van't Gelders placaatb.* ubi: ***een ieder mag ſyn koorn en waeren binnen of buiten s' lands na welgevallen te markt brengen, ſonder dat mogen beſwaard worden.*** Apud Friſios exempla occurrunt non minus memorabilia. Ex antiquis notemus, quod tempore Principum inter articulos querulos, vulgo *Doleantien*, et hic fuerit propoſitus apud Martena in MSto *Landb. ad ann.* 1540. *pag.* 418. *col.* 2. *Dat de gene die haar visſchen, beeſten een anders toe merkt brengen, vry ſul-*

ſullen wezen ſonder daaraf den Schutter *ofte anderen wat daar van te geven*, id eſt, ut piſces et pecudes libere ſine onere in fora deduci et venum exponi poſſent. Recens adhuc exemplum dabit lex nova correctoria ſereniſſimi Principis Wilhelmi IV. flebili omnibus caſu nuper defuncti, vulgo *'t nieuwe Reglement. Leov.* 1748. ubi: *art.* 53. non obſtante, quod tribus in omnibus civitatibus de novo fuerint conſtitutae, ſumma tamen libertas mercatoribus, quascunque merces in mercatum deducentibus, tribuitur in verbis. *Des niettegenſtaande ſal 't een ieder gepermitterd zyn om op de ordinaris week en Jaarmerkten hare goederen, eetwaren etc. ter markte brengen, ſonder op die dagen aan 't Gilde of Gildens ſubject te ſyn, of dat verſtaan ſal worden daar door aan 't regt der Gildens te worden gecontravenieerd.* Equidem aegre hoc tulerunt tribus, ſibi ſoli omnem mercatum competere ratae; verum experientia docuit, longe plura ex civitatibus

bus domum deferre rusticam gentem, neque cum eduliis, e. g. pane, carne et quae ex pagis inferuntur, comparari posse. Haec vero facultas si adimeretur pagis, metuendum erat, ne cum damno civitatum aliunde sibi compararent illa, quibus quotidie uti, quaeque inde petere solent.

CAPUT IV.

DE JURE PRIVILEGIATO NUNDINARUM SINGULARI.

§. I.

Inter eminentiora certe privilegia in nundinis publicis hoc referrem, quod ob debita nemo arresto detineri possit. Idemque

et

et apud Noſtrates juris eſt: moribus enim noſtris non tantum mercatoribus verum quibusvis aliis advenis ſecuritas illa indiſtincte competit, docente Groenew. *ad Tit. Cod. de Nundin.* Niſi ſit debitum juratum, vel in ipſis nundinis contractum, vide Berlichium *Concluſ.* 77. *pag.* 314. Hocque ita religioſe a majoribus noſtris obſervatum fuit, ut nec ob debita civitatum, pro ut moris erat olim, cives mercatores in nundinis illis publicis arreſto detinerentur. Elegans antiquitatis exemplum retulit Boonkampius *Alcmaar. pag.* 40. quod nemo propter mutua, procul dubio et civitatum et civium debita, extra territorium ſuum itineri ſe accingere auſus fuerit, niſi in publicis nundinis: ***In ſo verre***, inquit, ***dat de Stad de Koopmanſchappen van andere Steden in arreſt hield en door de Schulden buiten Hollant dorſt niemant naar Vlaanderen, Brabant nogh Zeelant iets ſenden; ja niemant dorſt ſyn eigen perſoon in een ander regtsgebied vertrouwen, dan***

op

op de vrye markten. Hanc tamen exceptionem hic primo loco addere debemus, ſcil. ejusmodi privilegium de non arreſtando in nundinis locum non habere, ſi quis illi renunciaverit: pacta enim dant legem contractui et quilibet ſuo renunciare poteſt juri et privilegio, quia nemini invito obtruditur beneficium. II. Ad fugae ſuſpectos, foro cedentes, *Bankeroetiers*, vel ad bannitos ob publica crimina, hoc privilegium neutiquam extendendum videtur, vide Voet ad *tit. de Nundin. n.* 4. Quin illo tempore magis in ejusmodi homines eſt inſurgendum, ut recte Ordd. Hollandiae in *Reſol. ter Generaliteit ten reſpect. S. H. Boſch* fecerunt 1. *Julio Anno* 1653. Sed quod valde ſingulare eſt, et hoc privilegium in ipſis hebdomadalibus foris, nonnullis ſaltem in locis, obſervatum fuiſſe diſcimus ex Kinſchot *Beſchryv. van Oudewater pag.* 573. *cap.* 64. ubi: *Voort ſullen alle manendaachſe Weekmerckten vry weſen van alle beſetten van allerlei ſchulde* etc.

§. II.

§. II.

Haud praetereundum hic erit privilegium Leidenfium nundinarum faepius memoratum, in quo jus hoc fingulare non debitoribus folum, fed et aliis omnibus ob delicta civiliter punienda, poena nimirum pecuniaria, his verbis indulgetur: *Ende binnen de voorfz. Stad Leyden ende vryheyt van dien in alle Zekerheyt comen, handelen, wandelen, en traffiqueren, zonder dat yemant middeler tyt, gaande, comende, blyvende of verkeerende* aen Lyf of gueden um eenige civile zaken, fchulden of achterwezen *bekummert, bezettet of aengefproken zal mogen werden.* Verba: *om eenige civile zaken* fic intelligo, ut poenam pecuniariam ob civilia delicta metuentes, et judicis tribunal fugientes tuto et impune tempore nundinarum civitatem intrare et finitis nundinis libere recedere posfint. Verba iterum: *Aen lyf of gueden* non fupponunt

ponunt crimen & poenam quam meretur corporalem: nam tales facinorosi nunquam invitantur ad nundinas, contra repelluntur, et deprehensi aeque ut alio tempore pro merito suo puniuntur; sed detentio seu arrestum corporale videtur per *lyf* intelligendum, quia mox speciatim causae, quare non debeant puniri, enumerantur: *Civile Zaken, Schulden of achterwezen.* Nova lis erit, num haec privilegia ad solos privatos pertineant, an ad publica etiam debita quae civitates sibi invicem debent adplicari debeant, an pro publicis etiam debitis suae civitatis arresto molestari nequeant? Me judice privilegia haec sunt universalia & ob quaecunque debita securitatem omnibus indistincte praebent. Immo interest illius civitatis, ubi nundinae frequentantur, ut quam plenissime beneficium interpretemur. Postremum, quum privilegiorum verba sint generalia, non possunt dein ad casus speciales restringi inque hujus vel illius praejudicium explicari. Similis

menti eſt quaeſtio, num magiſtratus ob injurias, civibus ſuis apud vicinos in nundinis illatas, jure repreſſaliarum, ſeu clarigatione uti poſſit. Si de jure quaeratur, nemo dubitabit licere repreſſaliis uti; verum non omne quod licet, utile eſt, quin cum aequitate ipſa has belli proluſiones hoc in paſſu pugnare exiſtimo. Primum utile non eſt, quia turbat nundinas metumque injicit mercatoribus, qui nundinas frequentant; cum aequitate pugnant, quia generalitati privilegiorum multum detrahunt, fiducia quam in illis collocant negotiatores adimitur, & inſontes plerumque damno adficiuntur: nec enim in culpa ſunt mercatores quod Superior illorum juſtitiam reddere recuſaverit. Alia itaque via ſatisfactio eſt petenda, non tempore nundinarum, ne fidem violet Princeps, quam ſine diſcrimine omnibus promiſit in privilegiis, quae ſi velit infringere, civitati ipſi cui olim conceſſit privilegium, injuriam, damnum infert.. Unde ſequitur:

nec

nec juste in novis publicis vel edictis minas proponere, se repressaliis usurum, quia privilegia tollit civibusque et subjectis nocet omnique lucro imprudenter privat. †

§. LII.

† Convenit juri patrio *l. unic. C. de Nund.* ubi Valens et Valentin. Impp. *Ita beneficio*, inquiunt, *rescripti potiantur, ut nullum in mercatibus atque nundinis ex negotiatorum mercibus conveniant, vel in venalitiis aut locorum temporali quaestu & commodo privata exactione sectentur, vel sub praetextu privati debiti aliquam ibidem concurrentibus molestiam possint inferre.* Mens est, ut durantibus nundinis negotiatores eorumque merces ab omni detentionis, pignorationis, actionisve molestia liberentur. Varie tamen haec limitant DD. Wesenbecius *ad Tit. D. de Nund. num.* 2. existimat, non ad debita solum vetera ante nundinas, sed etiam ad illa quae in nundinis ipsis contracta sunt, legem extendendam esse. Huic vero contradicit Perezius in *Praelect. in Cod. ad L. unic. n.* 2. de debitis in nundinis contractis conveniri posse debitores statuens. Adsentientes habet Jo. Sichardum *ad d. l. Cod. n.* 2. Klockium *de Contrib. c.* 3. *num.* 83. Peckium *de Jur. sistendi c.* 4. *n.* 4. *& cap.* 10. *n.* 6. Brunnem. ad *d. l. unic. n.* 1. Interim verba: *Sub praetextu privati debiti* & voces: *aliquam molestiam*, hanc restrictionem vix admittunt, immo nec privilegiorum ratio. Renunciare potius debent privilegio, vel quod tutius est, mores cujusque loci sunt observandi; tutissimum erit, ut Superior legem circa debita in ipso privile-

§. III.

Terminum quoque solutionis in omnis generis debitis antiquitus ad publicas nundinas

gio suo praescribat. Ut ut est, secundum hanc sententiam in praxi plerumque judicari, docet Bachov. ad Wesenbec. *tit. de Nund.* De novo quaeritur, utrum solis mercatoribus, an quibuscumque hoc privilegium de non arrestando competat. Dubitat Brunneman. *ad d. l. unic. n.* 2. pro omnibus et singulis, qui nundinas frequentant pugnans, quia textus loquitur de *concurrentibus* in nundinis: requiruntur autem aeque venditores quam emtores, sic ut sub negotiatorum voce indistincte omnes videantur comprehendisse. Attamen salvo Brunnemanni judicio mihi aliter videtur: solos mercatores *d. l.* sive emant, sive vendant, respicere existimo, non quoscumque alios emtores: aliud est in massa coemere, ubi propter magnam vel ingentem summam terminus solutioni statuitur; aliud minutatim, quo casu praesens solutio exigitur; saltem si illam recuset, competit accusatio et executio, commodum alias exiguum foret mercatoribus in nundinis, vel plane nullum. Clarius etiam debuisset loqui legislator, cujus verba fateor non satis clare haec exprimunt, adeoque & hic iterum ad mores receptos vel ad privilegiorum contenta erit recurrendum. Restringunt denique DD. hoc privilegium ad privata debita; quod ad publica putant, omni tempore illa exigi posse, quia de communi utilitate agitur, *l.* 3. *§. fin. De de Feriis.* Zoesi.

us

nas praescriptum fuisse ex diplomatibus passim intelligimus. vide Nidecks *Cabinet tom.* III. *pag.* 213. ubi: *Voorschoten heeft van Ouds een seer beroembde jaarmerkt gehad, op welke men reets voor vier eeuwen en langer gewoon was, de betalingen te doen die op tyd moesten geschieden.* Idem et supra de nundinis Valckenburgicis jam vidimus, illo tempore solutiones publicarum aeque ac civilium obligationum fieri consuevisse, *Rhynl. Oudhed. pag.* 488. in verbis: *Ja dese Paardemaakt was over vele jaaren so bekend, dat men gewoon was, de betaeling van Koopmanschappen en renten tegen die tyd vast te stellen.* Occurrit

us ad *tit. D. de Nundin. num.* 3. Verum & hoc parum consultum esse dixi, meliusque jus patrium, omnia omnino debita, sive publica sive privata, sub privilegiis nundinarum comprehendit. Finitis nundinis cessant privilegia de non arrestando, quemadmodum etiam in locis, per quos transeunt: nam nihil ad vicinum pertinent nostra privilegia, nec extra territorium jus dicitur. Carpzov. *Const.* 30. *defin.* 28. *n.* 4.

rit mihi etiam locus apud Mathaeum de *Jure gladii pag.* 425. quo meminit termini cujusdam generalis, solutioni olim praestituti, scilicet in nundis St. Martini: *Van een betaling te sinte Martyns misse des winters.* Hoc tempore illustres, Nobilesque tanquam solito termino solutionis Comiti Hollandiae debitum solvere stipulati fuerunt, ut patet ex instrumento ibid. adlegato. Huc quoque aestimationem per relationem ad forum referri posse putem, e. g. si quis frumentum aliudve quid coemerit, quod a venditore certo ac stipulato tempore non fuit traditum: hoc enim in casu supra quantitatem venditam tenetur venditor ad interesse et aestimationem, quae cum sit difficilis, comparatur valori in proximo foro, puta, quanti valuerit frumentum retro, seu ut vulgo loquimur: *na de hoogste Marktgang*, a tempore morae usque ad sententiam, qualem casum judicatum retulit Ampl. Schraffert in *Observ. pract.* 138.

§. IV.

§. IV.

Ad commoda commerciorum et nundinarum pertinet omnino, quod variae olim civitates ex foedere civibus fuis mutuo indulferint jus civitatis, et in fpecie jus nundinarum, fummatim hic explicandum; inprimis quod ex eo privilegio potiffimum fingulare hoc jus patrium profluxerit, ut contra jus Roman. variarum civitatum fimul cives noftris in oris effe poffint. * Ratio illius partim ex fpe munerum publicorum, partim ex commerciorum favore mihi repetenda videtur. Sed cum olim pleraque munera publica gratis deberent adminiftrari, folus commerciorum favor in civitatibus mercatoriis jus hoc

* In ftatu enim liberae Reipublicae nemo duarum civitatum civis effe poterat *l.* 5. §. 3. *D. de Captiv. et poftlim. reverf.* Cornel Nepos. in *Attico. c.* 3. *et* interpretes ad *tit. Inftit. de Capit. dimin.*

hoc introduxisse videtur; tractu vero temporis, quum muneribus praeter titulum et vitulus elegantiusque salarium accederet, in honoratioribus, qui munera publica adpetunt, et haec secundaria venit ratio consideranda. Notemus tamen ejusmodi civem duarum civitatum in singulis civitatibus domicilium habere et onera ferre debere, quod vulgo dicimus: *Vuur en licht houden.* Post adeptos vero honores facile erat alteri civitati recunciare: durante enim munere duarum civitatum se profiteri civem ratio status haud finit, nec memini exemplum in contrarium. Ceterum hoc mihi inprimis singulare fuit visum privilegium, puta, inter tres civitates Alcmariam, Aquam veterem, et Delphensem, ita fuisse conventum, ut cives non solum in nundinis trium illarum urbium ut proprii et nativi cives haberentur jureque civitatis donati censerentur, sed ut ipsae personae magistratu fungentes in una harum civitatum, alteram civitatem ingredientes offi-

officio magiſtratus ibidem quoque fungi potuerint. Refert haec Boonkamp *Beſchryv. van Alcmaar pag.* 11. in verbis: *Op de jaarmerkten worden wederzydſe burgers als eigen erkend, en men heeft voorbeelden, dat Heeren van regering van hier naar daar trekkende in Stads regering ſyn aangeſteld.* Num per tempus nundinarum tantum, an perpetuo, magiſtratus honore gaviſi fuerint, dubium eſt, vellemque hoc indicaſſet auctor: nam ſi perpetui magiſtratus fuiſſent facti, vicinae civitatis intuitu magnum hoc fuiſſet onus, quia hoc pacto optimos ſuos rectores poterat amittere, quaeque ſine dubio caviſſet, ne rectores vel cives ejusmodi in poſterum nundinas frequentarent. Intelligendus hinc erit temporarius honos, niſi fallor, per tempus nundinarum, quibus peractis magiſtratus iterum erat deponendus, recedente quocunque ad civitatem ſuam.

§. V.

Emolumenta exinde olim non exigua fuisſe civitatibus vel territoriis ubi frequentabantur nundinae, patet inde, quod non ſolum ad acciſas et vectigalia fluviorum, viarum etc. obligarentur mercatores, verum etiam ad quadrageſimam ſolvendam, quam olim Comitem accepiſſe diſcimus ex Boonkamps *Alcmaar pag.* 25. *Te meer*, inquit, *alſoo te Alcmaar by den Koper en Verkoper den* 40. *penning van alle peerden etc. betaalt moeſt werden.* Haec onera quadrageſimae ſcil. ſolvendae etc.) poſterioribus temporibus procul dubio, praecipue in nundinis ſublata videntur, quia alias ſupra dictis meis obſtarent ſcil. de immunitate nundinarum, cujus ſatis exemplorum adduxi. Neque hodie in equis etc hoc juris eſſe putem: emuntur enim venduntur que omnia, quantum ſcio, absque ullo onere publico mercibus in nundinis

nis impoſito. Potiſſimum commodum ex frequentia hominum, acciſis, intuitu victualium mercibus importandis et quae plura alia, civitati accedere judico. Neque ſinit prudentiae ratio ut merces ita oneremus, quia hoc pacto mercatores potius repelluntur quam invitantur ad nundinas; quin conniven- do in gratiam mercaturae illa ſolemus tolerare, quae reipublicae minimum damnum, univerſo vero populo majus adferunt lucrum, ne relicta ſede ſua in alium locum confugiant Mercurii filii, qui ſemel fugati rariſſime ad priſtinam ſedem redire ſolent, uti Antwerpia aliaeque vicinae civitates magno ſuo damno expertae fuerunt. †

§. VI.

† Argumento *l. unic. C. de Nund.* concludunt interpretes, hoc praecipuum habere nundinas, ne vectigalia ſolvant negotiatores. Quin eo reſpexiſſe Ulpianum in *l.* 3. §. 2. *D. de Feriis* exiſtimat Fornerius *lib.* 1. *Rer. quotid. c.* 6. Sic enim Ulpianus: *In eum qui nundinarum nomine quid adverſus communem utilitatem acceperit, omni tempore jus dici.* At vero Ulpianum hic inprimis vectigalia intelligere dubito, quia ni-

§. VI.

Mercatoribus nundinas celebrantibus pariter salvum conductum pro itu et reditu conce-

nimis generaliter loquitur, et quum paulo ante de judiciis loquatur, poterat sordes judicis innuere, scil. si judex ob facultatem tempore nundinarum vel feriarum debitorem vel negotiatorem conveniendi alicui concessam, pecunia fuisset corruptus, contra hunc omni tempore jus dici statuit, ut pote turbatorem pacis publicae et ob periculum in loco. Saltem haec explicatio prioribus Ulpiani proxime accedit; contra illam Fornerii de vectigalibus, ex textu nemo poterit divinare. Fateor, in *l. unic. Cod. de Nund.* vectigalia prohibita videntur in nundinis, per verba: *Vel in venalitiis*, servis scil. *aut locorum temporali quaestu et commodo privata exactione sectentur.* Verum haec non poterat respicere Ulpianus, posterioris temporis enim est lex *unic.* Valentis et Valentiniani Impp. Neque ex praedictis verbis concludendum videtur, ad nundinas proficiscentes à vectigalibus fuisse immunes, ut conjicit Fornerius d. l. Audi contra eosdem Impp. in *l. 6. C. de Vectigal. et commiss.* *Vectigalium non parva functio est, quae debet ab omnibus, qui negotiationis seu transferendarum mercium habent curam, aequa ratione dependi, exceptis navicularis etc.* Adde *l. 7. eod.* ubi ne milites quidem ab octava vectigalis eximuntur, quibus jam dudum Seve-

cedere solemus. Nostrates certe hac de re olim in pactis publicis sibi cavisse multis exemplis probari posset. Ex antiquis sufficiat de Frisiis, pacem et amicitiam oppido Hardero-

Severus et Antoninus poenam commissi remiserant, non ipsum portorium in *l. 3. eod.* Intelligunt ergo laudati Impp. in *d. l. unic. de Nund.* per *privatas exactiones* neutiquam vectigalia, sed privatorum vel magistratuum exactiones pro licentia mercatus, eoque refero verba *l. 6. C. de Vectig. Nonnulli privatorum elicitas suffragio proferunt sanctiones, quibus vectigalia, vel caetera bujusmodi, quae inferre fisco moris est, sibi adferant esse concessa.* Tandem vectigalia fuisse à negotiatoribus soluta docet *l. 2. C. Th de Veteran.* ubi Constantinus veteranis immunitatem à vectigalibus indulget in verbis: *In quibuscunque nundinis interfuerit, nulla proponenda dare debebunt.* Et hoc privilegium dein etiam filiis veteranorum Valentinian. et Valens in *l. 9. eod.* concessit: *Remotis injuriis jussimus veteranis nostris vel agnatis, licere emere, vendere, negotiari: quos secundum veterem consuetudinem parentum nostrorum ab omni munere, universisque reditibus auri argentique, sed et portorii indemnes esse oportet*, vid. Jac. Gothofred. in *Comment. ad d. l.* Putem itaque omni tempore negotiatores vectigalibus fuisse subjectos, licet hoc expressis verbis demonstrari non possit.

derovicensi offerentibus, exemplum adferamus, qui civibus atque incolis universis commercia exercendi ac redeundi quando et quo vellent securum, ac salvum ut vocant commeatum indulserunt, Pontanus *Histor. Gelr. pag.* 188. Immo vetustissimis temporibus ejusmodi pactum de salvo conductu mercatorum, Episcopum Trajectin. inter et Comitem Holl. initum, supra jam adlegavimus ex Heda in instrumento *ibid.* adlegato, et ex Gabbema in pacto quodam supra memorato probavimus: In Martenaas *Landb. MSto pag.* 140. *in instrumento induciarum Delphis de anno* 1500. *die* 8. *Junii.* elegans exemplum hoc exstat: *Ende sullen ook de Ondersaeten van den Furste Caerle van Gelre moegen wandelen, keren en converséren in den voorsz. lande van Friestant Coopmans gewyzen, en andersints, vry, vylich, en ongelet alles sonder arch.* Saepius et in pacis tabulis de hoc cautum fuisse legimus, sic e. g. in *Induciis Belg. art.* IV. *Zul-*

Zullen ook mogen komen ende blyven in de Landschappen d' een van de ander en daar doen hare traficque, commercien in alle verzekertheit, zo ter zee, andere wateren, als te Lande &c. Idem repetitum invenimus in *Pace Monasteriensi in fine art.* IV. iisdem verbis *et art.* IX. *De bantering, ommegang ende Commercien tusschen de respective onderdaanen en sal niet mogen verhindert worden, en indien enige verbinderingen mogten gebeuren, deselve sullen reelyk en metter daat werden weg genomen.* Jam vero si in publicis pacis tabulis generatim sit cautum de salvo conductu et libertate commerciorum, haec pacta certe ad publicas nundinas etiam adplicanda esse nemo sanus dubitabit. Ne itaque sine exemplis et hic loquar, audiamus *art.* 221. *Statut. civitatis Rheenen* in Dioecesi Trajectina *Vol.* III. *Placit. Traject. pag.* 1101. ubi: *Item des Donredags so ist een merkdag en so hebben alle die uithemsesche luyden en gasten een sekere geleyde vreylicken te varen ende te komen*

men van alle ſaaken. Additur mox tamen limitatio: *uitgeſcheiden die vyand der Stad, breukagtig, ofte die van Schade ofte van Schult uitgeboden ſyn.* Inſtar omnium erit inſtrumentum quod reperitur in de *Handv. en Privil. van Haerlem pag.* 183. ubi Comes Egmondanus et Gubernator generalis, nomine Regis hanc ſalvi conductus formulam praeſcripſit: *Die Graeve van Egmonde, here tot Baer &c. Stedehouder generael ende anders die Raide des Conincx gecommittert ten zaeken zyne Koninklyke majeſteyts Landen van Hollant, Zeelant ende Vrieſlant, doen condt allen Luyden, dat wy in den name ende van wegen der voorſcreven koninklyke majeſteyt gegont ende gegeven hebben, gonnen ende geven mits deſen onſen jegenwoordige brieve* alrehande perſoonen van wat ſtate, condicie of te Landen' die zyn, gheen vianden noch balingen weſende van onſen voorſcreven genadigen heren ende deſen landen vry vaſt geleyde, omme te commen tot Ha-

Harelem in de marct nu anstaende ende wederomme te keren vry ende vylich met lyve ende met goede, *ingaende achte dagen voer sinte Calixtus dach ende geduerende achte dagen nae Symons et Juda naestcommende.* Si quis ergo tranquillitatem in nundinis turbasset, pacem publicam et salvum conductum Principis violasse censebatur, gravissima poena dignus, quae tamen in specie nec in antiquissimis privilegiis exprimitur. Simpliciter Comes promittebat securitatem, salvum conductum, nulla poena adjecta, vide antiquissimum sine dubio privilegium hac in materia Comitis Florentii V. anno 1270. ibique haec verba: *Verzoekende diens volgens alle kooplieden, en uytslyters en alle anderen zoo in als uytlanders, bekenden en onbekenden, dat zy vylig dezelve met hunne goederen, Koopmanschappen of koopwaaren willen bywoonen en voortzetten: zullende wy hen* in opzigte van derzelver goederen en persoonen, *komende, blyvende, en keeren-*

 de

de al om te Land door ons gebied onder onze bescherming en vrygeleyde neemen; *gelyk als de andere Steden van ons Graafschap Jaarmarckten houdende.*

§. VII.

Restat agamus de nundinis hebdomadalibus, vulgo *Weekmarkten*, quae ex utilitate sinlarum civitatum constitui solegunt. De origine harum si quaeratur, ad illud JCtorum mihi confugiendum erit: non liquere; antiquissimos tamen illarum natales esse existimo, instrumentis Comitum Hollandiae inductus. Putem, cum ipsis civitatibus hebdomadales nundinationes certis etiam diebus fuisse constitutas. Comes Florentius seculo XIII. idem jus in constituendis illis sibi tribuit, quam in aliis annuis solemnibus: testatur hoc ipse in *d. privilegio*: *De Weeklyksche markt aldaar willen en vergunnen wy dat insgelyks* met volle vryheid en op de voorsz.

wyze

wyze *alle vrydagen zal gehouden worden. Met volle vryheyd* ait, ſcil. ratione arreſti, debitorum, et quae juris eſſe cenſebantur in ſolemnibus nundinis. Verba: *Op de voorſz. wyze*, reſpiciunt ſine dubio, ſalvum Comitis conductum et tutelam, quam paulo ante mercatoribus omnibus *d. l.* promiſerat. Simile privilegium pago van Hem largitus fuit Comes Wilhelmus VI. anno 1413. vide de *Handveſten van Hem en Venhuyzen* poſt collectionem der *Handv. van Enchuiz. pag.* 32. ibique: *Voort ſoo ſal onſe goede Stede voorſz. een Week-marckt hebben, op ſulcken dagh ende tot ſulcker Stede, als onſe* gerechte *met den ryckſten voornoemt ordineerenen ſullen, ten beſten oorbaar, ſoo dat de eene Stede de ander niet hinderlyck en zy.* Diem et locum nundinis conſtituere judicio ſeu magiſtratui et primariis ex populo permittit, quod ſingulare eſt, modo illa civitas alteri vicinae haud noceat. Iisdem verbis eodemque anno ſi-

 mi-

mile privilegium concessit idem Wilhelmus pago Sybekarspel, *Ibid. pag.* 40. Alibi aliter per unum pluresve dies durant, nonnunquam ex privilegio pro temporis merciumve conditione et mercantium adventu indiscriminatim dies quidam, ex privilegio tamen ad mercatum indulgentur.

§. VIII.

Probabo hoc ex privilegio Caroli V. Alcmariensibus 1545. dato, qui licet per tres dies habere se hebdomadales nundinas fateantur, nihilo minus illos non sufficere conqueruntur ob tarditatem advenientium mercatorum, quorum adventus à fluctibus et ventis pendebat: *Dat die inwonende*, est in privileg. seu *Handv. van Alcmaer pag.* 38. *van Texel*, *Wieringen*, *Huysduynen*, *mitsgaders den Dorp-Luyden*, *woonende onder den zouten Zee-dyck ende anderen*, *gewoonlycken zyn*, *met haren Schuyten ende Schepen ter markt dagen te komen*

met

met hare kooren, booter ende kase, binnen de voorsz. Stede, die men gewoonlycken aldaar houdende is Donderdaghs, Vrydags ende Saturdaghs, ende aldaer in 't openbaer hare goedt te verkopen etc. Iterumque paulo post: *Dat dickwils by Storm ende Onweder die voorsz. inwoonders die over de Zuyder Zee geseten zyn, totten praecisen markt-dagen niet komen en maer ariveren Maendaghs, Dinghsdaghs, Woensdaghs, ende haer luyder koorn, booter ende kase in 't openbaer op der Straten [daer men gewoonlyke Markt-dagen dagelyks houdende is] te verkoopen ende wederomme koopen dat hen luyden nootelyck is, ende alsoo die voornoemde thoonders beduchtende zyn, dat men eenighsins die selve die alsoo haer goedt in 't openbaer verkoopen, daar inne soude moghen behalen, overgemerkt, dat sy luyden verkoopen haer goedt op te Marckt op andere dagen, dan die marckt-dagen hier boven verhaelt.* Varia hoc privilegium nos docet, 1. plures uno dies fuisse ad hebdomadales jam olim ordi-

 na-

natas, fine controverfia propre eosdem maris accolas, vel mercium diverfitates II. Non alio die extraneos publice memoratas merces vendere potuiffe metu poenae, quae per vocem *behalen* indicatur III. Nec ejusmodi hebdomadales nundinas fine Superioris confenfu conftitui poffe, non propter facultatem folum vendendi, fed praecipue propter privilegia nundinarum. Et fic in fequentibus rariffimo exemplo permittit Carolus V. quacunque die feptimanae nundinationes memoratas inftituere, hac limitatione addita, ne Placitis fuis de victualibus, feu de exportandis illis contrariaretur: *Dat men binnen onfe voorfz. Stede van Alckmaer tot allen tyden, en by wien het zy, zal moogen koopen en verkoopen, alderhande Kooren, Boter, Kafen ende andere victualie, fulcks als men gewoonlyck is te doen op alle Marckt-dagen derfelver Stede.* II. *Mits altydt obferverende ende blyvende in hare vigeur alle die andere poincten ende het vorder inhouden van den Placcaet*

left-

leſtwerf van onſen wegen gepubliceert op 't ſtuck van de voorſz. victualien.

§. IX.

Hanc Comitis majeſtatem circa hebdomadales nundinas agnoverunt ipſae civitates Hollandiae, poſterioribus ſaltem temporibus. Exemplo ſit Enchuſa, quae in libello ſupplici ad Imp. Maximilianum 1495. rotunde fatetur, ſe olim non habuiſſe jus ejusmodi nundinas inſtituendi, nec ſine Comitis conſenſu in poſterum inſtituere ſibi licere, vide *Handv. van Enchuyſen pag.* 40. *Ende oock ſoo heeft dieſelve Stede geen vrye weeck-markt.* Habuiſſe quidem videtur mercatum, ut ex antecedentibus adparet; verum haud liberum vel privilegiatum, quod patet ex ſequentibus paulo poſt, ubi conqueruntur à mercatoribus ſuam civitatem ideo parum frequentari: *Alſoo veele met hare koopmanſchappen de voorſz. Stede niet en verſoeken als ſy wel*

 doen

doen souden, indien aldaer een vrye weeck-marckt ware. Iterumque: *Dat een vrye weeck-markt in deselve Stede seer nuttelyck ende oorbaerlyck wesen soude, soo wel voor die voorsz. Stede als voor die andere Steden en Landtluyden daer omtrent geseten.* Jam sequitur aperta confessio, quod sibi non liceat ejusmodi nundinationes sine expresso Comitis consensu instituete, his verbis: *Welcke Weeck marckt sy niet en souden mogen opstellen, noch onderhouden, sonder des oorlof ende consent van ons te hebben, alsoo sy seggen, ons seer ootmoedighlyck daer om biddende.* Vides, ipsum Comitem vel consilium illius dubitare de necessitate ejusmodi privilegii, vel quod putaverint, per longum tempus jus illud jam esse adquisitum illis, exemplo aliarum civitatum; vel quod petitiones similium privilegiorum à Comite impetrandorum fuerint extra usum: Verba minimum: *Also sy seggen*, dubitationem quandam Comitis produnt. Ut ut est, recte fecisse Enchu-

husanos existimo, antiqua vicinarum civitatum privilegia respicientes et controversias metuentes, ab aliis moveri quae potuerint mercatoribus, ob defectum privilegiorum.

§. X.

Concessit itaque Maximilianus nundinas hebdomadales et privilegium, quod multa singularia frustra alibi quaerenda sistit. Examinanda hinc sunt singula per partes. I. Notemus perpetuitatem et tempus XXIV. horarum: *Gonnen, consenteeren ende wille-keuren, mits desen onsen Brieven, dat van nu voortaen ten eeuwige dage in onse voorsz. Stede van Enchuysen zy, ende gehouden werde, een vryen weeck-marckt op den Donderdagh in elcken weecke van den jaere, beginnende ende eyndigende ter midder nacht van den Vrydage daer aen volghende, 't welck zyn vier en twintig uren.* II. Ra-

tione vectigalium ad illorum solutionem omnino obligantur, et sic dicta mea superius *pag.* 95. plenissime confirmantur. *Mits betalende onsen tollen ende andere ongelden, die men ons ende onse voorsz. nakomelingen aldaer schuldigh wesen sal.* III. Et mercatoribus bonisque illorum salvum conductum indulget perpetuum et iisdem privilegiis honorat ac in publicis aliisque solemnibus honorari solent. Digna sunt verba ut hic adscribantur: *Welcke koopluyden, mitgaders Goedt ende Coopmanschappen, hoedanigh die wesen mogen, wy gestelt ende genomen hebben, stellen ende nemen mits desen, in onse hoede ende protectie beschermenisse ende speciale salvegarde.* IV. Nota, privilegium insigne solis solemnibus nundinis regulariter quod competit. *Ende hebben bevryt ende bevryen mits desen, alle die geene die Coopwys die voorsz. vrye marckt binnen dier voorsz. tydt, sullen willen besoeken, hangende welcken tyd* men hem noch niemandt harer en sal mogen vangen, arresteren,

ren, kommeren, *noch eenigh hinder of letsel doen, aen lyve noch aen goede, in eeniger manieren daer uyt gescheiden, alleenlick onse vyanden ende quaedt willende, die ballinghen ende gewesen uyt onse Landen ende Heerlyckheden ende die geene die in onse penninghen verbonden en gehouden sullen wesen; welcke ghereserveerde persoonen van de voorsz. vryheid niet en sullen mogen gebruycken.*

§. XI.

Vix poterant eminentiora privilegia solemnibus nundinis impertiri, attamen supra idem ex Florentii V. privilegio audivimus, unde concludendum, Comites pari jure et solemnes et hebdomadales honorasse. *Coopwys* respicit hoc loco solos negotiatores, emtores sive venditores. Sic supra *pag.* 98. in Instrumento est: *Coopmans-gewyse* et passim, Verba: *In onse penninghen verbonden*, indicant illos, qui ad precarias fuerunt obligati aliisve one-

oneribus publicis obstricti, ob quae olim loco forsan secesserant jamque reversi, tempore nundinarum privilegiis se frui posse existimarent. Addendum hic in transitu superioribus *pag.* 40. ubi diximus, Comiti circa mutationem diei idem jus competiisse, privilegium Philippi I. de anno 1462. eidem civitati datum in *d. Handvest. pag.* 32. ubi ob nundinas in vicina Zaecke iisdem diebus frequentatas, mutationem nundinarum solemnium his verbis petunt Enchusani: *Ende overmits dat die van den Zaecke in Oost-Vrieslandt, die haer nabuiren zyn, ende recht tegen hen overleggen, oock een jaarmarkt hebben op den selven properen dagh, soo is die jaarmarckt van onse voorsz. Stede van Enchuysen te arger.* Ad haec Comes Philippus: *Die selve jaer-merckt verandert ende verleyt hebben, veranderen en verleggen met desen onsen Brieve, te weten, dat die alle jaers binnen onse voorsz. Stede van Enchuysen beginnen sal des Sonnedaeghs na sinte Michiels dagh,*

dagh, ende duerende xv. *geheele dagen achter een volgende, met alle ſulcke Vryheden, Privilegien, Conditien, Voorwaerden, ende Manieren als den voorſchreven jaer-merckt dienende was, des Sondaghs voor heyligh Cruysdagh voorſz; ſonder argelyſt.*

§. XII.

Has prudentius a Superiori conſtitui, vel confirmari contendit Huber, ut ſupra vidimus, quia de effectu illarum ſi quaeratur, niſi a Superiore confirmatae fuerint, nihil juris habent. Objectio tamen moveri poſſet, ex nuperrima Conſtitutione Sereniſſimi Principis Wilhelmi IV. glorioſiſſimae memoriae *in 't Reglement Leeuw.* 1748. *art.* 30. *et* 53. ibique in verbis: *'t Reguleren van Jaaren weekmerkten en plaatſen van dien.* Et *art.* 53. *Ordinaris week en jaarmerkten*, magiſtratibus relinquntur, unde concludendum, liberum arbitrium circa ordinationem Nundi-

dinarum hebdomadalium relinqui civitatibus, ita ut Curia ne minimum circa illas disponere valeret. Sed aliud juris est circa constitutionem, seu Privilegium illarum, quod certe jus manet Ordinibus, utpote Superiori; aliud juris est circa diem, in quem quilibet Magistratus pro commodo suae civitatis, illas velit transferre; aliud iterum juris circa lites, & appellationes ad Curiam, quae occasione illarum institui possint, quaequae omnino ad Curiam pertinent: alias enim ad hoc absurdum delaberemur, quod Curia nec de causis civilibus nec de criminalibus judicare posset, quia tempore Nundinarum haec in civitate acciderint, quarum cura solis civitatibus relinqui deberet. Me judice, in his aliisque nihil majestati & auctoritati Curiae est detrahendum, ne sub praetextu ejusmodi privilegii causas ad se trahant, & pro arbitrio vel captu suo decidant. Quam enim frigide subinde & imperite justitia in minoribus civitatibus admini-

strari

ſtrari ſoleat, docent publicae querelae, tot Reſolutiones Friſiorum & ipſa illa lex reformatoria optimi Principis. Pendet cauſarum deciſio in minoribus judiciis plerumrumque ex ore Penſionarii, ut vocant, ſeu cujusdam Advocati, quem pro lubitu quaeque civitas vel praefectura ſibi eligit. Hic ſi recte ſententiam ſecundum caſum propoſitum formet, ſalva erit res; ſin minus, patitur juſtus & recurrendum eſt ad ſupremam Curiam, ne in infinitum excurrat litium materia.

§. XIII.

Neque ipſum nundinarum hebdomadalium diem jure mutare poſſe civitates, ſupra ex Hubero obſervavimus; pertinet et hoc ad Superiorem, ſeu Ordines: quae enim inde confuſio, quae rixae & controverſiae inter civitates ipſas & quale tandem damnum mercatoribus ſit exſpectandum, in oculos et ſenſus incurrit. Privilegia ſi retro inſpiciamus, ſem-

ſemper hoc ſibi vindicarunt Comites. Adſcribam unum Alberti, tunc temporis Ruardi, ſeu ſupremi tutoris Hollandiae de anno 1365. 28. *Maji* ex *Handveſten van Alckmaer p.* 12. quod & alia ſingularia, de abuſu nundinarum in diebus feſtis exhibet: *Aelbrecht by Gods genade Palts grave op den Rhyn, Hertoghe in Beyeren, Ruwart van Hennegouwen, van Hollandt, van Zeelandt ende van Vrieſlandt; doen kondt allen luyden*: dat nu aengeſien meniger onredelyckheyt, die by der wanzedelyckheyt veeler luyden voortyts geſchiet zyn, binnen den Jaar-marckten tot Alcmaer, *die onſe voor-Vaders by goeder meninge geordineert en geoirlovet hadden te houden ende te weſen alle jaren* des Manendages nae Paeſchdag, *met der tyt achtervolghende als't tot haer toe coſtumelyck geweeſt heeft*, welcke tydt in der heyliger Kerken geordonneert is, omme eenen yegelycken hun mit onſen Heere Godt te vereenigen mit devotie ende mit goede wercken, die voorſz. Marct ver-

verfet hebben; ende verleydt te wefen des Maendaghs na der Octave van Paeffchen, *mit alfoe veel tyden en dagen vervolgende ende duerende ende mit alle vryheden ende veyligheden, alfoe die ander Marct te voiren te wefen plagh, ende hier by fal in dier tydt van te voren die nu verleydt is, onfer Stede recht van Alckmaer fynen loop hebben, gelykerwys oft nye Marckt dage geweeft en hadden.* Quid fi Ruardi fuerit diem nundinarum mutare, multo majus Comitis, ut Superioris, adeoque jus majeftatis violare videntur qui contra faciunt. Notandus etiam abufus nundinarum et publicae laetitiae, quem hic graviter taxat Albertus; fed de his fupra fatis copiofe egimus. Et fic poft VIII. dies a primo Pafchatis die de novo conftituit nundinas: durabant enim fefta majora per VII dies, inde dicitur *Octaav*; per quos quotidie Miffas et officia facra frequentare poterant peregrini, ut G. van Loon *d. l. pag.* 27. ex Agoberto probat, ubi: *Ut fi qui de longe*

veniunt, ex occasione mercati tam vespertinis, quam matutinis occurrentes officiis, missarum solemnitate peracta, *cum aedificatione revertantur ad propria.* Ultimum et ipsa vox *Marckt* pro nundinis hoc loco notari meretur, ut passim in privilegiis; inde *marktdagen* dicuntur hebdomadales, cum solemnes ubivis *jaarmerkten* dicantur.

§. XIV.

Sed de illis hebdomadalibus nundinis pauca adhuc sunt adferenda, ne sicco pede materiam hanc utilissimam hodie, transire videar: nam si verum dicendum sit, aeque gravis est haec nundinatio, quam solemnis & publica, quin in multis juris articulis intricatior, quia in magnis emporiis nostris minor utilitas, confluxus hominum & mercium ad solemnes nundinas, quae multitudine mercatorum et mercium abundantia fere obscurantur, saltem rarius alperegrinis ita ut olim frequentantur. Nihil fere occurrit rari & insoliti in nun-

nundinis publicis, quod non quovis die vel momento in tabernis mercatorum minorum Amstelaedami aliisque in emporiis comparari liceat; unde forsan jure Leidenses famosas illas nundinas, in memoriam durissimae obsidionis ex privilegio sibi indultas, in novissimis Statutis suis, salvis privilegiis, ad commodius tempus prorogarunt. Verba sunt haec in Appendice *Statut. Leid. pag.* 316. edit. 1658. *De vyfde vrye marct, is de Marct. der Ontsettinge, of Feest der Verlossinge, die men jaerlycx houdt tot eeuwige gebeugenisse, dat de Stadt van Leyden in den Jare vyfthien hondert vier en't seventigh op denderden dagh van October, van hare swaere belegeringe, door hulpe van de Heeren Staten van Holland ende Zeelandt, onder het beleyt van den Heer Willem Prince van Orangie, &c. is ontset ende verlost, ende geduert thien dagen, beginnende den eersten ende eyndende den thienden October: Doch is by resolutie van de groote Vroetschap in dato den derden November sestien-*

thien-hondert vyf en vyftigh, goet ende raetsaem gevonden, onvermindert het Octroy de Stad daer toe verleent, de voornoembde Jaarmarct voor het toekomende op te schorten, ter tydt en wyse deselve wederom dienstigh sal werden geoordeelt, behoudelyck nochtans, dat om niet te vergeten de voornoembde grote weldaden Godts, den Danck ende Bede-dagh ter gedachtenisse van 't voornoemde Ontset ingestelt, jaerlycx op den voornoembde derden Octobris sal werden gehouden. En dilationem adeo famosi mercatus, cujus loco ne memoria facti celebratissimi intercideret, diem supplicationum annuum instituerunt; sine dubio vero non tanti judicarunt solemnes illas nundinas, ut sumtus et reliqua expenderent, contenti privilegium integrum et illibatum suae civitati reservasse. Quod minores civitates adtinet, nec in illis tanti habentur solemnes illae nundinae: quum enim majoribus vicinae pro indigentia sua quotidie ex cornu quasi copiae merces pro lubitu sibi comparare possint,

lon-

longe commodius erit pro arbitrio, apud certos homines et ex fixis tabernis merces sibi comparare, quam ab uno alterove peregrino, penes quem non datur adeo magna mercium copia, ut eligendi facultas detur; neque fides ita habenda illi, ut indigenis, qui si praeter τὸ ἐμπορικῶς seu stilum mercatorium fefellerint, conventu sunt faciles et quibus ad diem, terminum, ut vocant, solutio, quod longe est commodius, promitti poterit.

§. XV.

Has olim inter privilegia civitatibus concessa patet ex *Delfland se Oudh. pag.* 48. ubi *'t Onderhouden van een vrye weekmarkt.* Inter Privilegia recensetur a Carolo Imp. civitati Delphensi ob magnum incendium indulta. De aliis supra jam vidimus. Singularia quaedam jura et in his observari debent, scil. quod ante certum tempus in foro merces ne-

mini debeant vendi, ſub poena praeſcripta qualis memoratur in *Statutis Leidenſ. pag*. 203. in verbis: *So wie op de Weeckmarcktdag voor 't luiden van de Marctklok ter marct enige boter, kaſe, hoenderen, of eyeren ve. koopt, verbeurt twintig Stuwers.* Et ſic in ſingulis civitatibus ſingulares leges ſe offerunt, quas hoc loco latius exponere, nimis operoſum foret. Repetenda etiam hoc loco ſunt, quae in ſuperioribus *pag*. 63. leviter tetigimus, puta, quod utilitatis publicae cauſa introductae fuerint nundinae hebdomadales cum ipſis conditis civitatibus; tam in gratiam civium, ut haberent quavis ſeptimana nova victualia, quam in commodum ruſticae gentis, ut edulia ſua, inprimis quae aetatem ferre haud poſſunt, cito vendere et ſic neceſſitatibus ſuis ſuccurrere valeant; tandem etiam ut commercia magis in civitatibus florerent et peregrini ad mercatum adlicerentur; ultimum ne in ipſis pagis ejusmodi mercatus hebdomadales inſtituerentur magno civitatum vici-

cinarum incommodo, quod sedulo cavisse legislatore: in antecedentibus probavi. Comitem sibi sumsisse potestatem et has nundinas indulgendi, saltem civitates ut privilegiis gauderent, ipsi jus illud obtulisse in §. VII. *pag.* 102. *et sequ.* abunde me probasse existimo. Si recte sentio, sensim hoc in valuisse putem, forsan quod nonnullis civitatibus jus privilegiati fori dederint Comites, vulgo *een Vryemerckt*, sic coactae fuerunt et aliae civitates ejusmodi expressis privilegiis carentes similia expetere, in gratiam saltem mercatorum, ne et hi sibi persuaderent, minus juris sibi apud non privilegiatas tribui. Potest etiam jus Comitis ex jure & usu quod in fora sibi vindicaverant repeti, quia sine illius permissione foro non poterat uti pro suo arbitrio civitas; tandem ob vectigalia, salvum conductum aliave quae solemnibus nundinis olim propria, quaeque tandem cum hebdomadalibus fuerunt communicata. Ut ut est, Comitis fuisse posterioribus tempori-

bus privilegia hebdomadalium nundinarum indulgere, nemo dubitabit: nec enim privilegia nisi a Superiore peti poterant.

§. XVI.

Hinc et Superior, etiamsi magistratibus quod ad ordinationem aliquid potestatis relinquere voluerit, pro ratione tamen publicae utilitatis has nundinas mutare poterit, item de loco in locum, tempore in tempus transferre, prohibere in poenam et sic porro. In civitatibus majoribus magistratus singulares leges vel Statuta nundinis hebdomadalibus praescribere solent. Exempli loco sint Statuta Amstelaed. 111. *D. tit.* XVI. *pag.* 368. quod non alio loco exerceri debeant quam praestituto, nec pondere minuto: *Dat van nu voortaen geene vreembde luyden met eenige der voorsz. Waeren op andere daegen ende op plaetsen daer toe niet geordonneert en sullen mogen gaen ofte voorstaen, om de-*

deselve by de kleine gewichte ofte mate uyt te slyten ende te verkoopen, op de verbeurte van deselve waeren; die den Eygenaer sal mogen redimeeren met xxx. *stuyv. eens.* Sic meminimus in Koris Harlemensibus abrogatas esse Nundinas vicinorum, vulgo *de Buurkermissen* sub poena sat gravi xxv. florenorum, & ita in aliis civitatibus, quia tendebant ad confusionem et vicinorum jacturam. Ratio vicinalium nundinarum repetenda est ex annuis conviviis vicinorum, de quibus haec memoriae reliquit Boxhornius *Toneel van Holland cap.* 5. *De gebuuren verzamelen ook somtyds, om met malkanderen te banketteren. Want de Hollandse Steden worden gedeelt in vier, of in meer Deelen, en die wederom in haar BYGEBUURTEN. En is 't dat iemant in de zelve buurt een huis koopt, of bruiloft houd, men moet eenige Somme gelds betalen aan den Schout of oversten, dien zy HEER VAN DE BUURT noemen. De welke somme, als zy eenigzins vergroot is, dat is om-*

trent alle vier jaaren, zy pleegen te versmeeren, en met brassen over te brengen eenige dagen. Die dagen noemen zy in hunne taal hoven. Vox *Hoven* per convivia *maeltyden* explicatur in *Statut. Leidens. pag.* 103. *Welke Hooven, Maeltyden, ofte Teeringen tot Kosten van de gemeyne gebueren, niet en sullen mogen werden aengestelt, sonder voorgaende consent van de Burgermeesteren deser Stede, dewelcke naer gelegentheyt ende constitutie van de tyden ende van de gebuerten, de voornoemde* Buur-hoven *toestaen ofte uytstellen sullen.* In poenam aliquando prohibentur, uti a quodam Episcopo Monasteriensi olim factum meminit Auctor *der Oudh. en Gestigt. van Groningen*, quod talem effectum producebat, ut primum peregrini mercatores nundinas haud frequentare auderent, secundo incolae ita ad angustias redigerentur, ut producta sua nulla ratione vel saltem haud commoda vendere aut permutare possent. Audiamus ipsa verba *pag.* 463. *Ten derde hadde*

de de Bisschop van Munster om de Eemslanders en Reiderlanders over hun ongehoorsaamheit in de saak van Rodbernus te straffen de jaarmerkten aldaar verboden. Prohibitio haec revera ut poena severissima consideranda est, quia universa regio ac gens per illam ad summam paupertatem et angustias redigitur, sic ut totalis ruina aliquando immineat, uti ex eodem auctore patet, et ex Matthaeo in *Analect. tom.* 11. *pag.* 186. eandem historiam referente, qui inter incommoda quae Frisonibus ad augmentum famis illo tempore accesserunt, hoc inprimis adnotat, quod Episcopus nundinis interdixerit, et sic Frisones non poterant pecora sua vendere nec necessaria cum butyro, caseis, et equis commutare. Ratio belli nonunquam ejusmodi prohibitiones postulat, si hostis sit ante portas, vel periculum sit, ne ejusmodi locum obsidione cingat, loca non sint satis munita, vias obsideat et quae alia plura. Ob hanc rationem Frisii in *Resolut.* 1672. 8. *Junii*

nii prohibuerunt, per integrum illum annum Reipublicae adeo fatalem, nundinas frequentare. Poteſt et haec ratio prohibitionis reddi, ne in publico luctu vel anguſtiis laetitiae ſigna edantur hominumque concurſus provocetur, vel ne pecunia quibus indiget Superior, aliaeve merces in alias oras transferantur.

§. XVII.

Ex Koris Aquae Veteris ſupra *pag.* 83. vidimus, jus arreſtandi etiam in hebdomadalibus nundinis quieſcere, quae hoc loco non repetam, uno tamen teſtimonio, quod ad fora pecuaria adtinet, ex *Statutis Leidenſ. pag.* 36. *in fin.* confirmabo: *Ende is aen den genen die op de voorſz. Marckten verſchynen, mede vergunt Vrydomme op de vier voorgaende ende volgende dagen. Ende vermagh men geduerende de voornoemde Markten, geen Buyten-Luyden te beſetten, maer wel de goederen van*

van syn huurder in syne huysinge, ofte op syn Gront, om syne achterstallige, ofte te verschynen huys-huere, te doen arresteren. Comprobantur ex his dicta supra *pag.* 88. quod non nisi mercatoribus privilegia sint propria, neutiquam singulis civibus, ceu expressis verbis hic confirmatur: *Geen buyten-luyden, maer wel de goederen van syn huerder* etc. Neque tamen vox *Buyten-Luyden* stricte ad extraneos mercatores tantum est restringenda, adeo ut excludat proprios cives nostros: hoc enim menti et generalitati omnium privilegiorum adversatur. Potius ad solos mercatores, non ad alios quoscunque ex quacunque alia causa debitores et qui nihil cum nundinis commune habent privilegia pertinere innuitur. Tandem et quae de vexationibus tribuum intuitu exterorum supra *pag.* 80. adnotavimus, occasione hebdomadalium nundinarum iterum in memoriam sunt revocanda. Sic et salvus conductus iisdem aeque ut publicis fuit indultus, per dicta su-

pe-

perius *pag.* 99. Ultimum quae de frumentis in foris privilegiatis tantum vendendis *pag.* 76. tetigimus, et hic plenius excutienda sunt. Sub poena amittendi frumenti immo relegationis, rescissis omnibus contractibus, prohibuit Philippus Rex in *Placit. Gelr. Vol.* 1. *pag.* 577. frumentum vel farinam in pagis coemere, ad fora privilegiata omnia deferre jubens: *Dat niemant hem vervordere off onderstа eenigh koren, graen of meel op te kopen und vergaderen opten platten Landen om wederom te vercopen, in wat menigte of qualiteyt dat 't sye Dat ook van gelycken niemant [hebbende koorn ofte granen] hem en vervordere 't selve te vercoopen in oir Luyden huyseren, pagt hoven off anders ten platten Lande; maer 't selve brengen ofte seynden ter gewoontlicker marckte in den naegsten Steden ofte Vlecken daer men gewoonlick is die selve marckten te halden, op dat jeder-mallick sigh versien moegen met alsulcke sleete of behoeff als hy van noden sal heb-*

hebben. Idem repetitur ibid. *pag.* 627. Adde *Vol.* 11. *pag.* 54.

§. XVIII.

Alia de protopraxia peti possunt ex *Statut. Leidens. pag.* 201. quae brevitati studens examinare supersedeo. Inde etiam *pag.* 203. *in fin.* discimus, campanae sonum aeque in hebdomadalibus ac in publicis adhiberi: *Soo wie op de Weeck-marct dagh, voor 's Luyden van de marct-klok [die tusschen den 22. Martii ende 26. Sept. 't morgens ten sevenen, ende daer buyten ten acht uyren sal werden geluyt] ter marcte eenige boter, kase, hoenderen of eyeren verkoopt, verbeurt twintigh stuyvers.* Plura non addam, ne molestus sim lectori, cui satis superque patebit, pleraque jura quae in publicis nundinis observantur, ad hebdomadales pariter fuisse translata. Neque privilegium circa solutionis terminum excipio, memor, fuisse aliquando disputatum, num per formulam, renunciato jure nundina-

rum,

rum, seu *renunceerende de markts vryheid*; solemnes tantum, an et hebdomales essent intelligendae. Responsum fuit utrasque intelligi, quia voces: *marckts vryheid* sunt generales utrasque nundinas comprehendentes, dein et pleraque jura solemnium nundinarum cum hebdomadalibus esse communicata. Circa finiendi modum idem plerumque observandum, quod in nundinis publicis, scilicet, privilegia desinere post terminum nundinarum, qui plerumque definiri solet, sic ut nonnunquam et poena praescribatur, si ultra tempus merces venales exponantur, *Statut. Amstelaed. d. l. num.* 11. *Dat oock geene persoonen wie die oock mogen wesen, met hare kramen hier ter Stede langer sullen mogen marckten en voorstaen, als tot maendagh incluys, wesende de tweede maendagh na den ordinaris Kermis dagh: op poene, dat de geene die bevonden sullen worden langer met hare kramen voor te staen, elcken dagh verbeuren sullen een boete van drie Gulden.*

§. XIX.

§. XIX.

Multa coronidis loco hic, si ad adfinia excurrere animus esset, de legibus occasione nundinarum latis et ad mercatum illum pertinentibus, dici possent. Ne sicco pede materias cognatas transire videar et hic indicis loco defungar. Notemus itaque, quod sicuti in omnibus fere Statutis de protopraxia seu *voorkoop*, monopolio aliisque, ita prudenter quoque in illis mercatibus hebdomadalibus cavetur, ne sibi invicem noceant incolae omnisque confusio, lites, immo aliquando tumultus evitentur. Uno exemplo contenti simus, inspicientes Graswinkels *tract. van de Lyftogt*, ubi *pag.* 7. *et seqq.* diversis Placitis in ejusmodi *Voor of opkopers van 't korn* quam severissime animadvertitur Adde *d. Vol.* 111. *Placit. Traject. ibid. art.* 112. 13. 20. 240. *et* 41. ubi plura inveniemus de his omnibus cautum fuisse. Et hoc demum notabile ad-

K de-

dere lubet, tempore belli nonnunqum prohibitum fuisse grana in forum deferre, quod idem adlegatus Graswinkel *pag.* 189. probat, ubi: *Geen graan sullen mogen brengen op enige week of Jaarmerkten ten platten lande om aldaar verkogt en in de Seden ten wederzyden vervoert te worden; maar sullen de Ingezetenen van 't platte land alleen 't graan van hun eygen gewas van wat specie 't ook mogte wesen mogen vervoeren te water of te land en verkopen in de Steden en plaatsen van d' eene oft d' andere zyde daar 't hun bequaamst en best gelegen sal dunken, sonder daar van te betalen enig recht van Licenten.* De judiciis nundinariis vel extraordinariis, alias *Gast-gerichten*, in gratiam mercatorum et peregrinorum nonnullis in locis ob celerem expeditionem erectis, satis erit adlegasse Marquardum *de Jure mercat. lib.* III. *c.* 6. Alia hic addi possent, si materias cognatas pertractare mens esset, verum memor anti-qui proverbii, cujus meminit Ulpianus in

L. 6. §. 3. D. de Offic. Proconſ. οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, *neque omnia, neque quovis tempore neque ab omnibus* hic ſubſiſto, reliqua, quae ad hanc materiam ornandam adferri poſſent maturiori aetati ac curis poſterioribus ſepoſiturus. Tu interim, benevole lector, his fruere mecum, et ſi quid rectius obſerves, humane et amice mihi illud impertias rogo hortorque.

F I N I S.



INDEX.

A.

B.

Magis

C.

D.

jura-

E.

F.

Pe-

Pro-

I.

K.

L.

Magi-

M.

N.

Se-

O.

P.

R.

The-

V.

FINIS.

